Exorcisme de St. Ciprien.

Moy Ciprien, serviteur de N. S. J. C. j'ai consacré mon esprit et ma memoire au Dieu
du ciel; je lui ai fait ces prieres, et lui ai dit, Vous etes mon Dieu, et Dieu fort grand et tout
puissant, qui habitez parmi une grande lumiere, et qui meritez d'etre loüé. Ainsi soit il.
Vous avez vû depuis longtems le mal qu'a fait votre serviteur, et les iniquités dans lesquelles j'etois
plongé sous la puissance du diable. Je ne connoissois pas votre St. nom et redoutable, et dans ce tems là moi
Ciprien je liois les nuages; pour lors il ne pleuvoit aucune goute sur la terre, et la terre ne levoit
aucun fruit, ni les arbres, et je parcourois les troupeaux des brebis, elles mouroient d'abord;
de meme je liois les femmes grosses, elles ne pouvoient pas enfanter; je liois les poissons, qui
ne pouvoient pas se promener par la mer, ni les eaux; je liois les oiseaux, ils ne pouvoient voler
à cause de la multitude de mes malefices; Maintenant, ô Seigneur J. C. j'ai connu votre St. nom, et je l'ai
aimé; je suis retourné à vous apres avoir commis mille maux et malefices, et je vous ai aimé, et obéi
a vos commandemens de tout mon cœur, et de toutes mes forces, et du profond de mon ame; je vous prie
maintenant, mon aimable Jesus, par ce que vous etes l'unique fils du Dieu très haut, de delier les liens des
nuages, et de les rompre, afin qu'il pleuve sur la terre, afin que les arbres de la terre portent des ~~fruits~~ fruits,
et que les femmes enfantent leurs enfans, qu'ils ne soient souillés d'aucune tache, et de delier aussi les
poissons de la mer avec tous les animaux qui se remuënt dans l'eau et sur la terre, et que vous deliez
tous les fleuves et tous les oiseaux; que tout ce qui est dans les eaux qui se remuë, soit delié par votre
St. et adorable et beni nom, et que toute sorte de maux, toute sorte de liens, tout danger, se retire loin
d'eux, et que le malin esprit ne reste plus en eux, et que toute sorte d'ouvrage soit delié, et que les
personnes, leurs sens et leurs ouvrages retournent en leur premier état. Et pour cela, Seigneur, gardez
votre serviteur de toute sorte de liens, et des yeux malins, et des demons, de leur ouyë et langue trom-
peuse, de tonnerre, de feu, de la foudre, de la tempete, de toute sorte d'ennemis, et des esprits
malins, et de la puissance des seigneurs de la terre, et de la colere du peuple, par votre saint
et loüable nom, qui est grand, beni et glorifié sur la terre et dans le ciel, ce qui a été interpreté par
Emmanuel, que Dieu est avec vous. Et comme il sortit de l'eau d'un rocher apres s'etre ouvert, les enfans
d'Israël en burent pour lors, et Dieu les delivra de la terre d'Egipte, et des mains de Pharaon par le moyen de
Moïse, et les fils d'Aaron. Et vous, Seigneur Dieu tout puissant, mettez votre main droite sur votre serviteur
N. pour le remplir de vos benedictions eternelles. Et comme aussi, Seigneur, vous avez mis Adam au
Paradis apres la création du monde, et vous y avez fait couler un grand fleuve divisé en quatre, apelés Hison,
Hegon, Tigris, Eufrate, qui arrosoit tout le monde, personne ne peut aller contre votre volonté, et ne permet
pas, Seigneur, que quelqu'un dise mal de votre serviteur N. que vous me delivriez aujourd'hui par votre pouvoir
de toute sorte de mal et de dangers, que tout le pouvoir du diable, toutes ses embuches, et tous mes ennemis ne me ~~ne~~
puissent faire aucun mal, ni les 72. langues, et que mes ennemis, qui me veulent ~~[illegible]~~ nuire soient maudits,
excommuniés et anathematisés avec tous ceux qui ont été pour donner les malefices, et par les mérites de
Pierre, qui est le Prince des apotres

BIBLIOTHEQUE ... [stamp]

Mc 45
MSS ~~29~~ 2930

Louis Aragon - Tarbes

Tome 7ème

Composé de 475 pages écrites -
(sans table) -
Les feuillets numérotés 341 = 342 -
& 433 - 434 - ont été enlevés -

BIBLIOTHÈQUE MUNICIPALE TARBES

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

GLANAGE,

OU

PREUVES.

TOME SEPTIÈME.

BIBLIOTHÈQUE COMMUNALE DE TARBES HTES PYRÉES

1747.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes



PREUVES ou GLANAGE.

~~[struck-through word]~~ Conseil sur le droit du Comte de Foix sur la Bigorre.

Comtes de Bigorre. 1424 N°. 1.

Consilium III^m. Secundae Partis consiliorum seu allegationum excellentissimi Decretorum Doctoris Domini Nicolai de Tudeschis, Siculi, Abbatis Monacensis, archiepiscopi Panormitani, ac sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis. Senis legebat anno M°. CCCC°. XXVIj°.

Omnipotentis Dei, Genitricisque Mariae, postulato ex corde suffragio, Nitar in presenti causa ob multitudinem dubiorum esse breviloquus, ita quod singula cujusque causae dubia conclusivè, ut sensero, attingam.

Et primò juxtà ordinem ad primum quesitum quod fuit, utrùm super jure dicti Comitatûs Bigorrae Dominus Comes Fuxi firmul duobus titulis donationis scilicet et testamenti Dominae Petronillae, olim Comitissae, valeat se juvare. I.

Dubitans de validitate primae collationis potest secundam impetrare.

Ego animadverto, quod in Donatione, quam olim Domina Petronilla fecit quondam Domino Gastoni, Vicecomiti Bearnensi, et Matthae, ejus uxori, filiae ipsius Dominae Petronillae, et omnibus heredibus ex eis legitimè natis vel nascituris, et omni eorum successioni legitimae, nulla specificè facta fuit mentio de Comitatu Bigorrae, de quo presens est questio, sed fuit facta in genere de omni jure quod habebat, vel habere debebat ratione successionis in omnibus possessionibus, dominiis, rebus mobilibus vel immobilibus, quae de jure in bonis Patris sui ipsius Dominae Petronillae, et ad eam spectabant, ita quod haberent et tenerent totam terram Patris sui ubicumque esset, ad eorum suorum heredum voluntatem, &c. Quapropter si dictus Comitatus Bigorrae non competebat dictae Dominae Petronillae ex persona Patris sui, clarum est, quod non comprehendebatur sub illa donatione, quae fuit restricta ad bona olim Patris sui, ut dicitur in facti narratione; et per consequens non potest dictus Comes Fuxi se tueri ex illa donatione, cùm non potuisset illi à quibus causam et jus in dicto Comitatu habuit. Donatio enim non extenditur ultrà mentem Donantis, ut in leg. nec ignorans, cod. de Don. et cap. i.

COMMUNALE DE TARBES HTES PYRÉES

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1. defuncti repudiare hereditatem potest, ubi patet quod non potest filius repudiare hereditatem et retinere sibi feudum, et tamen feudum est debitum filio. —

II. A regulis communibus recedere non debemus nisi quatenus provisum reperitur.

Praetereà non debemus recedere à communibus regulis nisi quatenùs reperitur provisum. Sed non reperimus recessum à communibus regulis, nisi ut dignitas debeatur primogenito, ut in capite licet de voto; ergo in aliis debemus stare communibus juris regulis, ut recipiatur jure hereditario et non proprio.

Si autem dictus Comitatus est feudum, tunc majus est dubium quo jure filius heres institutus succedat in feudo; nam non videtur ex testamento, quia circà feudum nihil potest dispositio Testatoris, ut in dicto cap. de succ. feudi; nec ut ab intestato, quod non debet quis succedere testatus et intestatus.

In contrarium facit textus in dicto cap. unico, an agnati vel filii; ubi patet, quod non potest filius hereditatem sine beneficio repudiare, ergo capit jure hereditario.

Baldus hanc questionem format in dicto cap. 1°. de succ. feudi. Et primò dicit, quod nec ex testamento, nec ~~ab intes~~tato capit, sed jure successorio feudorum; nec mirum cum aliis hoc eveniat, ut Instit. de acquir. per arrogationem, et Cod. de fideicom. Autent. hoc amplius et hoc idem contingit in pupillo, qui propriè non dicitur decedere intestatus, ut Leg. 1°. in princ. ff. de suis et legi. licet pro benigno intellectu pro intestato habeatur, ut ibi. Vel secundò potest dici secundùm eum quod succedit in feudo, non ex testamento, sed quod transit in universitatem, et propstereà venit feudum in petitionem hereditatis, ut ff. de peti. here. leg. Item videndum, §° si, et in Edicto Divi Adriani; et sic cum universitate potest filius institui in feudum, quoniam nec potest una res excipi ab institutione heredis, juxtà ea quae habentur. Potest ergo filius dicere feudum ad se pertinere ex jure successorio feudorum, vel quoniam fuit heres patris vel matris, et in hereditate est feudum, et ex his potest institui dictus Comes fuit super intentione sua.

Venio

Venio ad secundum dubium, Utrùm scilicet ex verbis Testamenti Dominae Petronillae in quibus Squivato et Jordano, fratribus, substituit Dominam Matheam, primogenitam suam, et post eam suam legitimam successionem, &c. debuit Domina Constantia, ejusdem Matheae jam defunctae primogenita, post decessum Jordani et Squivati ad successionem dicti Comitatus Bigorrae sine suis Sororibus in solidum pervenire. — Vic. 1424. N°1.

Et videtur primò, quod non; quoniam omnes Filii et Filiae debent equaliter suis parentibus succedere, ut in Leg. Maximum vitium, Cod. de libe. prete. et in Auten. in successione, Cod. ad Tertul. et in Corpore, unde sumitur etiam si sit feudum. Quo casu, si est paternum, non succedunt feminae, nisi sit dictum in concessione feudi, sed omnes masculi succedunt equaliter, ut cap. 1°. de success. feudi col. xà.

Si autem est feudum maternum, preferuntur masculi, sed in defectu masculorum veniunt feminae omnes equaliter, ut in cap. 1°. de bene. feudi, col. xà.

Sed his non obstantibus, contrarium verius arbitror, in casu nostro, ut scilicet Domina Constantia sola debuerit in Comitatu preferri aliis suis Sororibus: moveor quod in istis dignitatibus cum sint indivisibiles, ut in Cap. Imperialem, §° praetereà, de prohib. feudi alien. per heredem, col. x. debet succedere Primogenitus, deferuntur enim ordine geniturae, ut est textus in Cap. licet de voto; adeo quod alii filii nequeunt in his dignitatibus petere legitimam ne fiat divisio Regni seu Comitatus, ut est in gloss. no. in dicto Capite ... tenent ... communiter Canonistae, in dicto Capite, licet. unde dicit ibi Jo. an. quod et consuetudine generali istae dignitates, ut Regnum, Comitatus, Ducatus, Marchionatus et similes deferuntur ordine geniturae. Quae quidem generalis consuetudo fulcitur lege Canonicâ, ut dicto Cap. Licet. Item lege divinâ, ut patet Gen. 27. ibi patent jura primogeniturae, dum dixit Pater benedicendo Filium primogenitum, Det tibi Deus de rore coeli et de pinguedine terrae abundantiam, &c. Per hoc enim denotatur Dominum hereditatis. Deindè subditur, Serviant tibi Populi,

…que Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1.

id est rustici et plebeii. Et adorent te tribus, id est, nobiles. Esto Dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te; faciendo scilicet fidelitatem, et obedientiam exhibendo.

III. Ducatus, Comitatus & Marchionatus non dividuntur.

Fulcitur etiam hoec generalis consuetudo lege Friderici, Imperatoris, secundum quam Ducatus, Comitatus, et Marchionatus non dividuntur. -- Et per hoc Jo. An. concludit, quod pater non potest hoc jus primogenito auferre, ut alius scilicet succedat in Comitatu seu regno, cum sit firmatum lege canonicâ, et divinâ, et consuetudinariâ. Legitima enim ~~primogeniti~~ primogeniti est tota hereditas hujus Principatus seu Comitatus. ergo sine causa Primogenitus illâ privari non potest. Et hoc jus ut dignitas deferatur Primogenito fuit inductum propter bonum publicum, et in favorem et honorem imperii, ut Principatus, qui sub ipso sunt integri perseverent. Et melius per unum quam per plures consules imperio visum est; Primò naturali Philosopho, qui sic ait: Entia volunt malè disponi pluralitas Principatuum non est bona, unus ergo Princeps. Preterea Philosopho Romano visum fuit, ut Respublica per unum utilis consuleretur. Leg. 2. §o deinde ff. de orig. jur.

Ex quibus omnibus infero ad casum nostrum, quod cum Domina Petronilla non haberet filios masculos, sed tantum feminas ex primo et secundo matrimonio, quod Comitatus Bigorroe, vel alia dignitas ejusdem, debuit de jure pertinere ad Dominam Matheam, ejus filiam primogenitam, nec potius Domina Petronilla Comitatum deferre Squivato, Nepoti ~~suo~~ ex filia, ut patet ex predictis, et per consequens post mortem Dominoe Mattheoe debuit Comitatus predictus devenire ad Dominam Constantiam, ejus filiam primogenitam, quoe de jure fuit preferenda aliis filiabus Dominoe Petronilloe, quod Nepos prefertur Patruo, ex quo dignitas est radicata in personam Primogeniti premortui. Probatur in dicto capite licet et plenè per -- Jo. and.

Bigorre. 1424. N°. 1.

Jo. and. in addi. Spe. super rubrica de feud. ubi idem voluit si dignitas nunquam fuisset radicata in personam primogeniti, dicens quod filius primogeniti prefertur secundogenito, quoniam filius representat primogenitum. Et idem subtilissimè voluit Old. consilio cclvij. ubi hoc probat jure divino, naturoe et scripto.

IV. Primogenitus in indivisibilibus jure divino secundogenito præfertur.

Jure namque divino dicit certum esse quod primogenitus in indivisibilibus ut Comitatus et regnum secundogenitis prefertur, ut suprà dictum est. Constat autem quod illud jus primogeniturae potest primogenitus vendere, et donare, et in alium transferre. Si ergo istud jus est cessibile, ergo transmissibile ad heredes, maximè ad filium.

Jure naturoe etiam hoc probatur, quoniam pater in filium suam partem retinet, et in eo representatur, et una persona reputatur. unde licet pater ejus decessit, tamen quia ejus filius partem ejus representat, videtur per eum vivere, et censeri ac si totus viveret postquam vivit pars.

Jure scripto probatur, quoniam idem juris est de toto quoad totum, quod est de parte quoad partem. quoniam in successione hereditatis plures nepotes ex uno filio defuncto pro uno alio reputantur, et per hoc veniunt cum Patruis in stirpem non in capita. ergo eodem modo debet representare ubi agitur de jure prelationis ordinis geniturae.

ad hoc facit ff. de colla. Leg. Dedit dotem avus, et eo titulo Leg. si nepotes, ubi dicitur quod avus propter filii personam nepti debet dare dotem: tanta est enim patris et filii identitas, quod à patre in filium videtur esse quoedam continuatio dominii; et etiam vivo Patre filii quodammodo domini estimantur, Leg. in suis, ff. de libe. et posthu. et veniet filius ad istud jus quod Patri erat quesitum in habitu, et sic non in actu.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre 1424. N°. 1. Et quanquam senserit Bartholus in dicta auten. post fratres, quod hoc non habeat locum in feudalibus, ut scilicet nepos succedat in locum sui patris, contrarium tamen est verum, ubi nepos succedit cum patruo in feudo divisibili tenendo locum sui patris. Et de hoc aliàs plenè consului, sed quod non facit ad materiam nostram non multum insistam, cùm Domina Matthea superviveret Dominæ Petronillæ. Unde concludo quod Domina Constantia debuit aliis preferri, et sola dicto Comitatu Bigorræ succedere, tum de jure communi rationibus predictis, tum ex dispositione dictæ Dominæ Petronillæ, in quantum substituit Matheam et suam successionem legitimam; nam Domina Constantia est successio legitima, cùm sit primogenita dictæ Dominæ Mattheæ. ergo parùm curo de illa substitutione, quoniam, ut dixi, de jure communi debebatur dictæ Mattheæ tanquam primogenitæ, maximè quoniam erat ~~illa~~ filia ex primo matrimonio; et post mortem Dominæ Mattheæ debuit de jure pervenire ad Dominam Constantiam, cùm esset primogenita Dominæ Mattheæ; et satis dicta substitutio facta per Dominam Petronillam si Domina Matthea non claruit debito tempore, nec Domina Constantia post mortem ejus matris contrà institutionem factam de Squivato et Jorduno. ad hoc Jo. And. dicit quod si filius primogenitus postergatur in dignitate, debet agere proponendo querelam, vel ad supplementum si aliter ordinatum esset, ut quoniam fuit institutus heres in aliqua re, nisi minori parte contentus esset, vel suum jus vendat.

Ex his infertur ad solutionem tertiæ questionis, quid scilicet intelligatur per illa verba, ejus legitimam successionem, &c. nam Domina Petronilla substituit in Comitatu Bigorræ Dominam Mattheam, et post ipsius mortem ejus legitimam successionem. Dico enim quoad casum nostrum, quod venit Domina Constantia, primogenita ipsius Dominæ Mattheæ, ex quo non habuit masculos. nam in dignitatibus legitima successio est primogenita, et

femina

femina succedit in dignitatibus defectu masculorum, Bigorre 1424. N°. 1. verba enim debent intelligi secundùm subjectam materiam. et Baldus notat quod re transmissibili ad solos filios appellatione heredum intelligitur de filiis. Talia enim sunt subjecta qualia predicta permittunt

Sed in alia materia quid venit et appellatione successionis, ut si non extarent filii masculi vel feminæ; credo, quod illi tantùm quibus est prima spes succedendi ab intestato, scilicet ubi poneretur verbum legitima. Nam verbum successio in materia nostra cum substituto successionem alicujus, hi venire videntur quibus est prima spes succedendi illi: et notat Bartolus quod dicuntur vocari ad successionem alicujus, quibus est prima spes succedendi in testamento vel ab intestato. ~~Cedabi~~

Sed ubi poneretur verbum legitima ut in casu nostro, credo quod debeat restringi ad eos qui vocantur ab intestato. Sine Tutores legitimi vocantur illi qui a lege vocantur ab intestato, Testamentarii verò qui deputantur per Testatores. Secùs autem si fuisset dictum, concedo tibi hoc et successoribus quibuscumque. Nam tunc etiam in materia feudali non solùm includuntur tria genera heredum, sed etiam legatarius; quoniam legatarius in re legata quodammodò heres est.

Sed in casu nostro non est intestandum, quoniam necessariò propter subjectam materiam debuit intelligi de Domina Constantia ex quo erat primogenita Dominæ Mattheæ, ut suprà dixi.

Et per ea quæ dixi in secundo dubio infero ad decisionem quartæ questionis, quæ est, utrùm legitima jure naturæ debita aut trebellianica locum habeant in dicto Comitatu Bigorræ per mortem Squivati Comitis.

Et breviter dico, quod non; quoniam ex istis dignitatibus non detrahitur aliqua falcidia etiam debita jure naturæ, ne contingat fieri successionem dignitatis contrà juris dispositionem. Dicunt tamen Jo. et Hostien. in dicto capite licet quod ubi Pater præter Comitatum nihil aliud

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre.
1424.
N°. 1.

habuit, unde possent alii filii vivere, quod tunc primogenitus, qui succedit in Comitatu, tenetur aliis filiis secundo genitis aliquid assignare unde vivant si considerata nobilitate et facultatibus Principatus honestam sustentationem potent habere.

Venio ad quintam questionem: utrum receptio facta per Curiam Bigorrae generalem de dicta Constantia in Dominam et Comitissam jus aliquod ipsi contulerint ultra jus suum, de quo suprà dictum est.

Et in hoc sic puto distinguendum; quod aut Domina Constantia habebat jus in illo Comitatu, et tunc per receptionem Curiae seu omnium de Comitatu nullum jus de novo fuit acquisitum Dominae Constantiae; quia cùm Populus esset non liber, sed subjectus, non habebat potestatem transferendi juris, vel territorium conferendi, tamen quia pro non dato habetur, quod ab illo datur qui de jure dare non potest, et nemo potest plus juris in alium transferre, quam ipse noscatur habere, et maximè si presupponatur quod ille Comitatus sit feudalis.

V. Vasalli alium dominum consentire non possunt sine Domini voluntate.

Nam Vasalli non possunt in alium Dominum consentire sine Domini voluntate etiam prorogando in certo casu alterius jurisdictionem. fuit ergo illa receptio facti executio juris jam habiti, quae nullum jus de novo tribuit sicut in simili dicitur in Canonicis recipientibus in Canonicum illum cui Papa vel alius Superior justè providit de Canonicatu, non enim recipiendo illum jus de novo conferunt; unde etiam excommunicati possunt talem receptionem facere.

Si autem dicta Domina Constantia nullum jus habebat, et tunc aut Curia illius Comitatus Bigorrae non habebat ex consuetudine vel privilegio speciali jus eligendi Comitem; et nullum jus potuit in dictam Dominam Constantiam transferre, quinimò incidisset dicta Domina Constantia in crimen laesae majestatis.

Aut habebat Curia jus et potestatem eligendi Comitem, et tunc sic ex ignorantia dictam Dominam Constantiam recepisset, credendo scilicet ipsam esse veram Comitissam; et tunc nullum jus de novo fuisset in illam translatum, quod error

etiam

Bigorre.
1424.
N°. 1.

etiam juris impedit translationem et prorogationem jurisdictionis. in omni enim dispositione requiritur potestas et voluntas, et altero deficiente non valet. Hinc enim deficiebat voluntas, dato errore. Sed si scivissent nullum jus sibi competere, et recepissent illam in Dominam et Comitissam, tunc jus et titulus Comitatus fuisset in illam translatus, nam et mulier potest habere jurisdictionem cùm venit accessoriè ad dignitatem.

Venio ad sextam questionem, utrum propter homagium et fidelitatis juramentum per Squivatum et Constantiam Regi Angliae Duci Aquitaniae prestitum eo modo quo positum est in casu, feudum Comitatus Bigorrae fuerit Ecclesiae Aniciensi apertum, ita quod eadem Ecclesia potuerit possessionem dicti Comitatus invadere absque causae cognitione.

Et videtur primò quod illicò feudum fuit apertum Domino, ex quo juramentum homagii fuit alii prestitum, quoniam prestando Vasallus non Domino juramentum, alienavit quantùm in se fuit feudum, et ideò ipso facto cecidit à jure suo. Alienans autem feudum ipso facto cadit à jure suo, et feudum est apertum Domino, nec prodest Vasallo si posteà illud recuperet.

Item alio respectu feudum videtur reversum ad Ecclesiam Aniciensem, quoniam Vasallus noviter succedens tenetur dominium vel heredem adire intra annum et diem investituram petendo et fidelitatem pollicendo; quod si non fecerit, cadit à jure suo. Sed nec Squivatus, nec Domina Constantia, hoc fecerunt; ergo ceciderunt à jure suo, et feudum fuit apertum Domino.

Sed his non obstantibus, dico quod in casu nostro feudum propter predicta minimè fuit apertum Ecclesiae Aniciensi, vel alteri non Domino.

Moveor, quia Squivatus et Constantia et alii successores ignorabant quod Comitatus Bigorrae pertineret ad Ecclesiam Aniciensem, cùm non esset in possessione illius; imò videtur quod liberè dictus Comitatus pertineret ad Dominam Petronillam, ut presupponitur in principio Donationis, ubi dicitur quod erat Domina et proprietaria illius Comitatus Bigorrae, et quod toto tem-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1.

tore vitæ suæ, quod fuit sexaginta annorum et ultrà, fuit in verâ et pacificâ possessione dicti Comitatus; non enim fuisset proprietaria, si fuisset feudum ad alium pertinens, quoniam proprietas feudi pertinet ad Dominum, ad Vasallum verò solùm pertinet utile dominium.

Item presupposito sine veritatis prejudicio, quod dictus Comitatus fuisset feudum Ecclesiæ Aniciensis, tamen ex quo hoc probabile ignorabant possessores, non incurrunt pœnam alteri jurando, vel ex toto directà alienando, quod plus est, et tunc per alienationem feudum Domino aperitur, cum à sciente beneficium venditur, secùs si ab ignorante: et hoc ultimum potest adaptari in alienatione indirectâ cùm alteri quàm Domino ignoranter prestatur fidelitatis juramentum, ex textu singulari cum gloss. in Cap. uno de controver. inter Dominum et Emp. feudi col. xª. et de illo textu facit ibi Baldus, subtilissimus Doctor, maximum festum, dicens illum textum valdè singularem in omnibus alienationibus in quibus alienans cadit à jure suo: ut intelligatur quando alienatio fit à sciente, secùs si ab ignorante rei qualitatem. Quinimò, si Vasallus offendit Dominum probabiliter ignorans eum Dominum, non perdit feudum. Item dicendum in eo quod isti non petierunt investituram intrà annum et diem, nec obtulerunt Ecclesiæ Aniciensi debito tempore fidelitatis juramentum. Nam tunc committitur pœna cùm Vasallus scit se ad hoc teneri; secùs si probabiliter ignoraret, et cùm alteri quis successit satis est probabilis est ignorantia; non enim est ignoranti probabiliter imputandum, in regula, is qui in jus succedit alterius, de regul. jur. libro vjº. facit, quod in fine m notatur de Emphiteuta, quod si probabili errore ductus, puta quoniam alteri successit, non solvit canonem debito tempore, non incidit de equitate in pœnam.

Videntur etiam predicti Squivatus et Constantia si scivissent de jure Ecclesiæ Aniciensi, excusati Duci Aquitaniæ Regi Angliæ prestando juramentum, quoniam hoc fecerunt propter justissimum metum timentes illius potentiam, qui inceperat invadere Castrum de Lorda cum exercitu magno. Per hoc ergo juramentum fidelitatis metu prestitum, nulla jurisdictio seu potestas fuit in illum Regem seu Ducem translata, quoniam

quoniam in jurisdictione conferenda metus vitiat ipso facto. Quinimò et sola potentia alicujus vel verba seu minæ quandoque inferunt justum metum habito respectu ad qualitatem personarum. Concludo, quod nullam pœnam illi Squivatus et Constantia incurrerunt, et per consequens non licuit Ecclesiæ Aniciensi possessionem dicti Comitatus invadere, maximè sine causæ cognitione. Bigorre. 1424. N°. 1.

Ex his et aliis quæ dixi suprà in secunda questione infertur ad decisionem septimæ questionis, quæ fuit, si Squivatus aut Domina Constantia potuerunt per factum suum prejudicare legitimæ successioni Dominæ Mattheæ, ad quam ex substitutione dictus Comitatus venire debebat; ut enim patet ex prædictis in præcedenti capite, nullum detrimentum dicti Squivatus et Constantia ex illo fidelitatis juramento pati debuerunt, et per consequens nec successores insontes debent aliquâ pœnâ affici, et sic remanet decisa hæc questio.

Sed presupposito quod in aliquo deliquissent propter quod fuissent privati vel privandi feudo Comitatus, an habuissent prejudicare aliis agnatis seu filiis Dominæ Mattheæ, questio magna est inter Doctores, et alii in effectu distinguere voluerunt, an feudum sit paternum seu proprium et prejudicet aliis, aut avitum seu à genere ulteriori, et non prejudicet. alii distinguunt aliter, quod aut filii seu agnati veniunt jure proprio, ut quoniam quis acquisivit feudum pro se et filiis, et non prejudicatur aliis; aut veniunt jure delinquentis, et prejudicatur.

Hanc distinctionem dicit Bartolus esse contrà textum in dicto cap. 1º. si Vasal. feu. perve. ideò ipse aliter distinguit dicens, quod aut Vasallus commisit delictum propter quod directo venit privandus feudo, ut quoniam deliquit in personam Domini, vel contrà conventionem feudi, et nocet aliis, et sic feudum aperitur Domino: aut commisit delictum propter quod non venit directo privandus feudo sed per consequentiam, ut quoniam venit privandus omnibus bonis, et tunc non nocet filiis et agnatis cùm non deliquerit in causa feudi.

Baldus in Cap. 1º. §º aut si libellario, quibus modis feudum amittitur, col. xª. videtur multùm dubitasse, et consideravit ibi tres culpas.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1. Una culpa est, quando delinquitur in personam Domini verè interpretativè, et tunc ad Dominum revertitur ut habeat saltem hanc suæ injuriæ ultionem; et hoc si vasallus non fecit istud studiosè ut privet agnatos: nam si dolosè ita deliquisset, æquum esset dicere quod Dominus ex tali delicto seu dolo non debet lucrari.

Secunda culpa est quando delinquitur extrà personam Domini, et tunc agnati, et non Dominus.

Tertia culpa est in casu alienationis. Nam vasallus alienando feudum sine Domini voluntate, videtur Dominum contemnere et fidem non servare, et ideò cadit feudo, et ad Dominum revertitur. Sed refert Jaco. de bel. dixisse hoc verum si feudum est novum, et non extent agnati, secùs si paternum. Quæ opinio est satis æqua secundùm Baldum.

Et facit hæc opinio, ut per factum Squivati et Constantiæ non fuerit præjudicium generatum aliis agnatis, qui de jure debebant succedere in Comitatu. Vel secundùm Baldum prima opinio fit vera si non per collusionem et fraudem agnatorum: secunda opinio ut non præjudicet procedat si in fraudem agnatorum vasallus feudum alienavit vel aliter deliquit. Tertiò dicit posse dici quod feudum redit ad Dominum, tamen filii vel agnati, imò etiam filia, non existentibus masculis, debent redimere à Domino, et dominus cogitur eos investire; vel secundùm eum conjungenda est hæc distinctio cum præcedenti. Sed Doctores communiter transeunt cum opinione supradicta, quam etiam mult. Doctores antiqui tenuerunt.

Baldus ultimatè dicit inter cetera considerandam formam investituræ. Si enim Dominus dixit, concedo castrum in feudum, Tertio et suis heredibus de uno in alterum revestendo; vel concedo omnibus principaliter; vel cùm extent filii et Nepotes dicit, Concedo attentis meritis singulorum; tunc dicit se non putare quod culpa unius alteri noceat, quoniam unusquisque per se censetur, et tanquam dependens ab alio. Hinc dicit Dominus Jaco. de Ra. in Summa sua tit. quibus modis feudum amittitur, quod est aliquando tale feudum, quod nulla ex causa vel ingratitudine est amissibile; ut putà quod sit datum ex eo quod à morte dantem liberavit, vel ab hostibus vel latrunculis eripuerat, et sic magnitudo meritorum cum

cum demeritis compensatur. allegatur in contrarium quod demerita ultima magis ponderentur quam precedentia merita, quoniam ultima culpa nocet. Primum dictum videtur verius, quoniam videtur remuneratio et merces laboris eximii et magni potiùs quam beneficium. Bigorre. 1424. N°. 1.

Et hæc verba Baldi satis mihi placent. Et nisi non fuisset facta concessio per verba prædicta vel similia, opinio Dy. videtur mihi non æqua.

Baldus in cap. imperialem, §° insuper de prohi. feu. dicit quod de jure communi delictum patris non debet in hoc nocere filio, quando non provenit feudum à patre, sed à genere ulteriori, quia non habet hoc casu illud à patre, sed majores sui videntur illud sibi dedisse. Item per delictum pater videtur extinctus et de medio sublatus; sed secundùm consuetudinem feudorum dicit quod nocet filio, et motivum consuetudinis fuit, ut vasalli magis metuant, nam naturale est magis metuere in filio, quam in se. Sed in dubiis debemus maximè in judicando sequi opinionem benigniorem. Ex quo videtur concludendum ad propositum, quod cùm ipse Comitatus Bigorræ sit à genere ulteriori, presupposito quod sit feudalis, et quod Squivatus, et Constantia deliquerint, tamen non debet præjudicari aliis agnatis, quin saltem debeant habere ex nova investitura, secundùm limitationem predictam; sed, ut dixi, non reperitur quod scienter aliquid commiserint contrà Dominum propter quod deberent privari. Ponderandus est etiam textus in dicto cap. 1°. si vasal. feu. pri. quoniam non indistinctè privat omnes agnatos,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1. Sed usque ad tertium gradum. Sed quoniam non multum facit ad propositum nostrum, aliter non insisto.

Ad octavam questionem, quae est, si non potuit Ecclesia Aniciensis de facto et sine causae cognitione invadere, an in tali causae cognitione Squivatus et Constantia debuerint vocari, et vocati convinci.

Indubitè dico, quoniam ubicumque absenti potest defensio competere, non debet aliquid agitari in illius prejudicium eo non vocato. Hinc est, quod etiam in notorio requiritur citatio, ex qua potest absenti aliqua defensio competere. Baldus notat post glossam, quod propter culpas non perditur feudum ipso jure, praeterquam in casu alienationis, sed requiritur judicium et causae cognitio et sententia. Et haec sine partis presentia exerceri non possunt, quoniam causarum merita partium assertione panduntur, aliàs nihil valet quidquid agitur in partis absentia, adeò quod neque interlocutoria parti praejudicialis ferri potest in absentia ipsius partis.

In casu alienationis perdit vasallus feudum ipso facto, quoniam videtur hoc casu vasallus habere feudum pro derelicto. Non contingit haec ratio in casu nostro, cum semper illi comitatum possederint.

In hoc etiam casu requiritur sententia super declaratione amissionis; nam ubicumque quis incidit in poenam, ipso facto requiritur ante

ante

ante apprehensionem seu executionem sententiae declaratoria. Bigorre. 1424. N°. 1.

Baldus dicit, quod in mera executione ubi precessit judicium hominis non est necessaria cognitio vel dilatio. Sed ego dico in hoc distinguendum, cum agitur de executione sententiae legis, et est necessarius libellus, cum non precesserit aliquod judicium. Prius debet cognosci de culpa antequam vasallus dejiciatur, cognosci autem non potest nisi parte presente. Et maximè hoc procedit, ubi praetenditur justa causa, et negatur delictum; quia non debet esse Dominus Judex in facto proprio. Nam ubicumque est questio inter Dominum et vasallum, ut puta quoniam Dominus feudi incidisset in commissum, et vasallus negat, debet per pares curiae, id est, alios vasallos ejusdem Domini questio terminari, et si non habet alios vasallos seu pares, debet adiri Judex ordinarius rei.

Quin imò plus dico, quod cùm in casu nostro Ecclesia Aniciensis diceret Dominam Constantiam suam esse vasallam, et illa negaret, non debeat cognoscere pares curiae, nec ipse, sed Judex ordinarius illius Dominae Constantiae, seu alterius comitissae vel comitis, quicumque sit, cum negetur illud esse feudum; ideò causa debet deduci ad Judicem naturalem ipsius conventi, quoniam actor debet sequi forum rei. Quin imò in terminis latioribus scilicet in Emphiteota, qui non solvit cautionem per biennium, triennium; licet jura dicant quod per

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. Dominium potest expelli, ut in cap. potius
1424. de loca. et Leg. 2ª. ff. de jure Emphyt. tamen
N°. 1. si Emphiteota allegat aliquam justam causam, non debet Dominus propriâ authoritate illum expellere, sed ad Judicem illius causæ debet proferre. ergo, concludo quod debuerunt Squivatus et Constantia ad judicium revocari; et per consequens quidquid actum fuit in eorum absentia, eis legitimè non citatis, non valuit.

In nova questione quâ quæritur, si dicti Squivatus et Constantia in vita sua non fuerint placitati, an eorum heredes potuerint, an possint placitari.

Dico, quod glossa in Cap. in quibus modis feudum amittitur, format questionem per casum conversum, videlicet si Dominus non placitavit Vasallum de culpis commissis in vita sua, nunquid heres possit illum placitare, et concludit quod non. ex quo enim Vasallo non fuit mota questio in vita, non potest inquietari ejus Successor.

Jo. An. dicit hanc conclusionem procedere, ut heres seu Successor Vasalli non possit inquietari seu placitari, si Dominus fuit sciens de culpa defuncti, et habuit tempus ad querelandum et tacuit; secus si ignoravit; vel non habuit tempus ad querelam contrà defunctum; quia istæ revocationes sunt quasi prosecutiones injuriarum quæ non dantur heredibus, nec contrà heredes.

Item ponit Baldus aliam limitationem, dicens, quod si esset talis felonia seu culpa

propter

propter quam Vasallus feudum ipso — Bigorre.
facto perdidisset; tunc posset agi ab herede 1424.
Domini contrà heredem Vasalli, quia injuria N°. 1.
quæ secum trahit executionem, etiam in heredem transit. Et ideò concludit, quod si esset felonia commissa in alienando feudum, vel alia, quæ ex speciali pacto induceret privationem feudi ipso facto, tale prejudicium transiret in heredem, etiam querela non preparata, quod dixisse notandum. Per alienationem feudum revertitur ad Dominum ipso jure; in alia tamen culpa requiritur sententia privativa, et quod convincatur Vasallus de culpa.

Item limitarem ego hoc dictum Baldi, nisi Dominus sciens Vasallum privatum et per aliquem actum positivum tacitè approbaverit.

Venio ad decimam questionem, utrum Judicatum Aniciense in Curia Regis Franciæ habitum contrà Regem angliæ Ducem aquitaniæ super spoliatione possessionis seu quasi feudagii seu homagii super Castro de Lorda in aliquo dictæ Constantiæ non vocatæ, nec auditæ, et juri suo prejudicaverit.

Et profectò si verum est quod suprà in narratione facti presupponitur, scilicet quod hæc Domina Constantia ignoraverit litem super his agitari inter Ecclesiam Aniciensem et Regem angliæ, non video quod in aliquo dictum judicium habuerit sibi prejudicare, quoniam regulariter ignoranti non prejudicatur, etiam ubi agitur de eo de quo actio primo loco competebat ignoranti. Nec sententia illa esset mandanda executioni in prejudicium Dominæ Constantiæ, licet valuerit in prejudicium Regis angliæ.

B. iij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1. Et si dicatur quod prejudicium poterit pretendere dicta Domina Constantia in executione Sententiæ, saltem super possessione Rex angliæ prius possideret, seu qn recipiendo juramentum fidelitatis tam ex ea, quam à Squivato, et sic solum Ecclesia Aniciensis veniebat ponenda in locum dicti Regis: et non potest tertius impedire executionem sententiæ pro interesse suo, quando petitur fieri in rem non vacantem, sed ab alio possessam, cùm possit iste tertius ita gere postmodum pro jure suo contrà istum secundum sicut contrà primum.

Respondeo, quod imò poterat pretendere magnum prejudicium, quoniam sicut interest Domini non perdere subjectum, ita interest subjecti non mutare Dominum. Videtur aperté probari in casu nostro in Cap. Imperialem §. Preterea Ducatus. de prohi. feu. ali. per Federicum, ubi dicitur Dominum non posse sine vasalli voluntate in alium feudum transferre. Tertius respectu executionis nullum potest pretendere prejudicium, ut puta quoniam fit executio circà rem ab alio tertio possessam, unde secùs si posset pretendere aliquod prejudicium.

Item habebat dicta Domina Constantia et aliam notabilem defensionem. Nam si fuisset presens, potuisset negare, et ita etiam postmodum debuit posse, in illum Regem angliæ fuisse aliquam possessionem seu quasi homagii translatam: quia, ut suprà dixi in Sexta questione, cùm illi prestiterint hoc juramentum Regi angliæ per metum, actus fuit ipso jure nullus; et per consequens potest ~~dici~~ dici, quod Ecclesia Aniciensis debebat reponi in locum illius, dum de jure nihil acquisivisset Rex angliæ: sed si dicta Domina Constantia scivisset litem versari inter dictam Ecclesiam Aniciensem et regem Angliæ,

angliæ, et tacuisset, nunquid sibi prejudicium aliquod generatum fuisset, est magis dubium. Bigorre. 1424. N°. 1.

Et primò super proprietate nullum prejudicium sibi fuit illatum, tum quia de proprietate non agebatur, et sententia lata in possessorio non prejudicat super proprietate, quoniam nihil commune habet proprietas cum possessione, tum quia tertio etiam scienti et tacenti non fit prejudicium super proprietate. Primo loco non competebat de hoc jure actio Dominæ Constantiæ, imò nulla actio sibi competebat cùm ageretur de recipiendo juramentum fidelitatis et de possessione feudi quantùm ad Dominos.

Sed dubium est nunquid circà possessionem sibi tacendo prejudicabat.

Et videtur primò quod sic. Sicut enim sententia lata contrà subjectum prejudicat circà possessionem Domino scienti et tacenti, ita sententia lata contrà Dominum debet prejudicare subdito seu vasallo scienti et tacenti. Defensio cùm de subjectione agitur spectat principaliter et æqualiter ad Dominum et subjectionem. ergo sententia contrà unum non debet nocere alteri etiam scienti et tacenti. tunc enim sententia unius nocet alteri scienti et tacenti, cùm is ~~qui~~ cui primo loco competebat actio, permisit sequentem experiri, et hoc quia poterat illum à judicio repellere.

Sed si equaliter ad utrumque pertineat defensio, non potuisset dicta Domina Constantia Regem angliæ à judicio removere, cum litiget de jure principaliter suo, seu quod pretendebat suum. Ergo non debuit prejudicari Dominæ Constantiæ si tacuisset, illos litigare permisisset, cùm illi litigarent pro interesse eorum, et sententia poterat habere effectum in illorum litigantium prejudicium.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1.

Hoc etiam videtur probare textus in dicto capite. Primò, in eo quod dicit, quod sententia debet mandari executioni absque prejudicio illius Episcopi, qui pretendebat subjectionem, licet sciverit causam agi; non enim posset haec sententia mandari executioni absque prejudicio Dominae Constantiae vel Successorum, cùm compelleretur obedire non Domino, et sibi juraret; saltem donec constaret de proprietate; nam positionis commodum maximum est.

Secundò, pondero rationem illius textûs, dum dicit, quoniam res inter alios acta non debet aliis prejudicare; et sic singulariter vult ille textus quem nescio alibi quod Dominus dicitur alia persona à subjecto quoad hoc, ut nullum prejudicium fiat sibi ex sententia lata contrà subjectum. ergo pari ratione idem dicendum est in subdito quando fuit actum contrà Dominum per rationem predictam.

Et ad illud caput cum super, quatenùs innuit quod sententia mandatur executioni contrà scientem tacentem, potest responderi, quod loquitur quando sciens non possidebat; et loquitur de quodam prejudicio facti, quoniam non poterat impedire executionem fiendam in re vacante, ex quo scivit et tacuit; secùs autem ubi ipse possedisset vel fieret sibi prejudicium modo predicto. Et hunc intellectum ad caput illud tenuit recollendae memoriae Dominus Franciscus Zabarella, posteà Cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus, licet non fuerit predictis motivis motus.

Sed predictae conclusioni multùm obstare videtur dicta Lex Saepè, in §°. nam et si libertus, ubi dicit quod si libertus litigans de statu suo cum tertio reportavit sententiam contrariam prejudicato domino super suo jure patronatûs. ad illum enim textum potest

test dupliciter responderi, quoniam ille textus duos habet intellectus. Bigorre. 1424. N°. 1.

Primus, quando Dominus intervenit in judicio; et hoc videtur sonare ille textus dum dicit, interveniente, &c. Quod si quis jure petat quae ego possideo in re aliqua me sciente, et obtineat, non tamen mihi prejudicat, nisi eum defendam: scilicet me interveniente et deffendente, quoniam ex quo offero me defensioni, facio mihi prejudicium, si non probo de jure meo.

Secundus intellectus fuit ut sufficiat sola scientia.

Aut loquimur in alio subjecto, vel Domino litigante, et non fit alteri prejudicium licet scienti, nisi intervenerit in judicio, et obtulerit se defensioni. Ratio diversitatis est, quod libertus fuit consecutus libertatem à Domino, et sic videtur habuisse licentiam expediendi super Domino, et consequenter super jure patronatûs ex licentia ipsius Domini; meritò fit Domino prejudicium; sicut eâdem ratione dicitur in creditore super Domino pignoris agendo hypothecaria, ut fiat prejudicium debitori scienti. habuit enim illam obligationem facto Domini, et sic videtur sibi dedisse licentiam super Domino litigandi.

In non subjecto autem seu Domino feudi cessat haec ratio, cùm non habeat feudum à Subdito, licet litiget merè pro jure suo; ideò non debet prejudicare Vasallo etiam scienti.

Item ex alio taciturnitas non debuit obesse Dominae Constantiae; erat enim ipsum certo informata de jure suo, quod ipsa non esset Vasalla, nec jus aliquod fuerat translatum in dictum Regem angliae, cùm metu illi fecisset juramentum, ut suprà dixi. Et sic non est verum dicere, quod permiserit Dominum suum agere, sed protsùs extraneum in veritate, et quoad ad jus suum ratione predicta. Et haec de isto dubio.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1.

Undecima Questio: Utrum processus ab illo milite de Longo pererio, executore pretenso, habitus fuerit nullus, ita quod ab eodem necesse non fuit appellare, sed semper eidem Constantiæ, et suis heredibus, fuerit salva exceptio nullitatis.

Ad quam videtur mihi securè dicendum, quod quicquid egit, nullius fuit momenti, quoniam aliud prorsùs egit quam sibi fuerat injunctum et commissum meritò factum suum fuit nullum, cùm excesserit seu perverterit formam mandati, ut... Lege, Diligenter ff. mandati. Lege Si expressis, ff. de appella. Quod autem ille executor perverterit ordinem et mandatum sibi factum, largissimè patet ex narratione facti. Nam sententia fuit lata inter Ecclesiam Aniciensem et Regem Angliæ super possessione quasi homagii et fidelitatis occasione dicti Comitatûs, et fuit injunctum dicto de Longo pererio, ut exequeretur judicatum. Ipse verò induxit Decanum, nomine Ecclesiæ Aniciensis, in possessionem Comitatûs, et precepit illis de Comitatu, ut nulli alii preter Ecclesiæ Aniciensi obedirent. Quæ verba sapiunt commodam possessionem Comitatûs, et non possessionem homagii recipiendi vel fidelitatis. Nam si voluisset exequi judicatum prout sibi de jure et ex forma mandati incumbebat, debebat adire Dominam Constantiam ut pretensam Vasallam, et sibi precipere, ut loco Regis Angliæ seu Ducis Aquitaniæ obediret et faceret homagium seu fidelitatem Ecclesiæ Aniciensi, donec aliud pronunciaretur super proprietate illius juris, quod non fecit, sed prorsus aliud; unde dico quod illa executio non valuit, nec respectu possessionis recipiendi homagium, nec respectu ipsius Comitatûs, quoniam in primo defuit voluntas ipsius Executoris, in secundo defuit potestas, et sic

et sic habuit locum illa Regula, quod noluit potuit, quod voluit adimplere nequivit. Nec obstat, si dicatur dictum Executorem dixisse ut nulli alii obedirent nisi Ecclesiæ Aniciensi, in quantum judicatum et mandatum Domini Regis se extendebat, &c. quia verbo unum dicebat, et contrarium faciebat facto, et sic per facta contraria recedebat; unde erat in eo quædam repugnantia, meritò neutrum valuit, ut Lege ubi repugnantia ff. de Regul. juris. Bigorre. 1424. N°. 1.

Venio ad duodecimam questionem isti vicinam in qua queritur, an judicatum secundum per Curiam Regis prolatum, non tamen executioni legitimæ mandatum, validaverit in aliquo processum illius executoris de Longo Pererio priùs super executione judicati primi factum.

Et breviter dico quod non. Nam certum est processum illius nullius momenti fuisse, ut precedenti questione probatum est: ergo nec per secundum judicatum recepit vigorem, quoniam secundum judicatum vel decretum non intervenit super prima executione confirmando illam seu pronunciando eam benè fuisse gestam, quo casu posset probabiliter dubitari numquid validetur per secundam sententiam per ea quæ leguntur in Leg. 1. ff. quæ sententiæ sine app. rescinduntur, et in Leg. 1. Cod. quando provoc. non est necesse. Sed Domina Constantia instante super appellatione sua contrà processum dicti Executoris nomine Ecclesiæ Aniciensis, fuit petitum ut antè omnia primum judicatum, de quo suprà, mandaretur executioni ad plenum; et per hanc postulationem per aliud judicium Curiæ Regis Franciæ pronunciatum fuit, quod executio judicati facti pro Ecclesia Aniciensi contrà Regem Angliæ secundum tenorem dicti judicati fieret, et in feudo totius Comitatûs Bigorræ, et in omnibus quæ dictus Rex

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1.

Angliæ de dicto Comitatu, vel ratione ejusdem, tenebat tempore primi judicati, ut Episcopus et Capitulum ponerentur in his in eo statu in quo erat dictus Rex Angliæ tempore ejusdem judicati, &c. ut patet in narratione facti; undè si benè ponderentur verba prædicta, hæc sententia diffinitiva, imò veriùs interlocutoria, prolata pendente appellatione Dominæ Constantiæ, non fuit super executione jam facta, eam aliquatenùs approbando, sed solùm fuit preceptum, ut primum judicatum mandaretur executioni, nec simpliciter, sed in prejudicium solius Regis Angliæ, et ut Ecclesia Aniciensis poneretur in possessione eorum, quæ in dicto Comitatu Rex Angliæ tempore judicati possidebat; et cùm illo tempore non possideret Rex Angliæ Comitatum pleno jure, sed receperat solummodò juramentum fidelitatis, non extendebatur etiam secunda pronunciatio nisi ad jus tunc possessum per Regem Angliæ; et sic clarissimè patet, quod executio injustè et perversè facta per illum Executorem de Longo perERio, in nullo fuit per hoc secundum judicatum consolidata, maximè cùm verba sententiæ sint strictè intelligenda, ut in Leg. unic. Cod. si una sententia. Dicit Bartolus in Leg. si expression. quod si fuisset appellatum à sententia nulla, et judex appellationis pronuntiasset appellationem injustam, sed malè appellatum, non per hoc confirmaretur prima sententia nulla, quia non sequitur fuit malè appellatum, ergo judicatum tenuit. nam potuit esse malè appellatum propter defectum ordinis non servati, ut quia post decendium, vel quid simile, et verba sententiæ, ut predixi, sunt strictè intelligenda.

Ad propositum nostrum veniendo, tunc fuisset

Confirmatus

confirmatus processus nullus illius Executoris, si fuisset pronuntiatum malé appellatum, et bené per illum Executorem processum. In hoc casu posset dubitari nunquid per talia verba confirmaretur prima executio; et primò tenerem quod non, quia illa executio notoriè erat nulla, cùm constaret quod esset contraria sententiæ quæ inducit notorium. ergo secunda sententia esset notoriè injusta si contineret processum notoriè nullum esse validum; sententia verò notoriè injusta est ipso jure nulla, nec est opus ab ea appellare. nam sententia transit in rem judicatam propter presumptionem justitiæ, quoniam presumitur pro judice, quæ presumptio cessat datâ notorietate injustitiæ, nam veritate manifestâ cedit opinio veritati. et hæc de ista questione.

Tredecima questio. Utrum Domina Constantia debeat haberi excusata, quæ postquam scivit dicta judicata pro Ecclesia Aniciensi prolata coram Executore et Decano obtulerit homagium facere Ecclesiæ, et alia ad quæ tenebatur ut suprà. Et demùm infirmitate languens Procuratorem cum speciali mandato constituit ad faciendum ipsum omagium, et idem Procurator illud facere obtulit, sed Ecclesia recipere non curavit.

Ad ~~hanc~~ questionem hanc respondeo, quod non solùm est excusata, dico quod fecit plus quam debuit. Excusata enim est; quoniam satis est quod vasallus postquam cognoscit se vasallum adeat Dominum, et polliceatur juramentum, et petat investituram, et alia offerat ad quæ tenetur de jure, et si deficit pro Domino, perinde est ac si omnia ad quæ tenebatur fecisset, quoniam juris regula est,

Bigorre. 1424. N°. 1.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre 1424 N°. 1. ut si deficit pro illo cujus interest factum fieri, perinde est ac si factum fuisset gestum, ut in Leg. Jure civili ff. de condi. eodam. satis est enim quod homo faciat quicquid potest. Et tempus anni prefixi ad juramentum fiendum, sccurrit vasallo à tempore scientiæ, et non ante... et si vasallus vult facere fidelitatem, Dominus autem recusat facere investituram, non nocet vasallo, et Dominus sibi tenetur ad interesse... vel precisé cogi potest tradere rem et investituram facere.

Dixi, quod fecit Domina Constantia plusquam debuit, quia non tenebatur illicò jurare cùm non fuisset ad illud judicium agitatum inter Ecclesiam Aniciensem et Regem Angliæ vocata; unde priùs debebat audiri volens dicere de jure suo, quia forté non erat vasalla, sed vera proprietaria sicut fuerat Domina Petronilla, vel forté intererat sua non mutare Dominum, ut plené dixi in 9°. in decima questione.

Decima quarta questio. Utrum Dominus Rex Franciæ, qui partibus contendentibus tenere debebat secundùm tenorem judicati sui in manu sua tanquam superior res contentiosas sic tenendo longissimo tempore, prescripserit contrà Partes, ita quod teneatur heredibus dictæ Constantiæ super proprietate dicti Comitatus justitiam ministrare.

Ad quam dico duplici ratione et efficaci quod non potuerit prescribere, sed quod teneatur jus suum cuique ministrare. Et primò probatur, quia Rex Franciæ sciebat illa bona ad alios pertinere et non ad se, cùm illa reduxit ad manus suas per pactum concordiam; ergo prescribere non potuit tanquam in mala fide constitutus, ille enim dicitur malæ fidei possessor, qui habet rerum alienarum conscientiam.

Nec

nec obstat si dicatur quod alii Reges successores potuerunt hoc ignorare, quod non est vero simile, Bigorre 1424 N°. 1. nec est presumendum, cùm presertim judicati hoc fecerit ille Rex, et judicatum induxit notorium quod quis non presumitur ignorare. Item et meliùs presupposito quod successores habuissent bonam fidem, cùm mala fides defuncti noceat successori universali in prescribendo.. Successores enim in regno habuerunt regnum et alia tanquam heredes. Et licet Dy. dixerit de equitate canonica videri quod successor bonæ fidei possit à se prescriptionem inchoare, tamen dico illud procedere in terris Ecclesiæ, non autem in aliis, ubi principale debet servari jus civile ex quo servari potest sine animæ detrimento. Item jura canonica loquuntur in successore in Prelatura, quò causat jus non à defuncto sed à superiore, unde censetur eadem persona cum defuncto. Jus autem civile loquitur in herede qui censetur eadem persona cum defuncto, cum ab ea sortiatur omne jus suum, ut in Autent. de jurejura. à moriente prestito.

Secunda ratio principalis quare non debet prejudicari Dominæ Constantiæ et suis successoribus est, quod lis etiam apud Consistorium Principis consistens debet absque damno moræ donec Princeps fecerit eam dirimi, ut in Autent. sed cùm lis, Cod. de temp. app. Et per hoc liquet claré veritas hujus questionis.

Decima quinta questio. In quam penam incidat Ecclesia Aniciensis transferendo dictum Comitatum in Dominam Reginam quocumque titulo, inauditâ Dominâ Constantiâ, et suâ pendente appellatione.

Respondeo, quod incidit in penam litigiosi contractus,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1. quæ quidem poena locum habet etiam contrà Ecclesiam cùm alienavit Prelatus communicato capitulo. Poena autem litigiosi respectu ipsius alienantis pena est, quia si pretium intervenit, compellitur nedum pretium restituere, sed aliam tantam quantitatem refundere et applicare fisco, et contractus alienationis non valet, et sic recuperat rem, ut actoris non sit conditio deterior ex quo à principio incepit judicium contrà certam personam. Si autem non intervenit pretium, puta quia donavit, tunc mulctari debet in estimatione vera et justa. Et quod hic habeat locum illa pena probatur sic.

Res efficitur litigiosa cùm ipsius dominio questio vertitur inter actorem et reum, judiciariâ conventione, vel precibus Principi oblatis et Judici insinuatis, ac per eum futuro reo cognitis, ut dicit textus in Autentica Litigiosâ, Cod. de Litigio. Sed in casu nostro agebatur de Dominio illius feudi seu Comitatus, et causa fuerat placita seu in judicium deducta.

Itam appellatio prima cùm fuit extrajudicialis, habet instar provocationis. Item et melius postmodùm causa fuit deducta in judicium, et preces fuerunt insinuatæ Regi, et Rex mandavit ut fieret justitia; et hoc fuit sepè insinuatum Ecclesiæ Aniciensi: unde non solùm hic intervenit citatio, et cognitio super litiganda; quin imò multi alii actus intervenerunt ad inducendam rem litigiosam, et sufficit sola citatio et preces Principi oblatæ, et Judici per eum insinuatæ, &c. ut suprà dixi; et utrumque, quod plus est, hic intervenit. ergo habuit locum vitium litigiosi contractus, et hoc vitium remanet etiam in causa appellationis.

Decima sexta Questio. Utrum Domina Regina, et ejus heredes, qui de facto per modum in casu narratum

narratum tenuerunt dictum Comitatum per centum triginta annos et ultrà, prescripserint contrà heredes dictæ Constantiæ nunc se defendentes. Bigorre. 1424. N°. 1.

Ad hanc questionem dico, quod prescribere non potuerunt; et de Domina Regina non est dubium, quoniam ipsa est in mala fide, tum recipiendo rem litigiosam, ut patuit in precedenti questione; et postmodum de facto et per violentiam illum Comitatum occupando. Nec ipsius successores non potuerunt prescribere, tum quia verosimile est in casu tam arduo habuisse notitiam originis illius Comitatus, et sic erant in mala fide; tum quia mala fides Defuncti nocet heredibus in prescribendo, ut sicut Defunctus non valebat prescribere propter malam fidem, ita nec ipsius heres, qui censetur eadem persona cum Defuncto licet habuerit bonam fidem, ut Leg. Cùm heres. ff. de diver. et temp. et dixi plene suprà in xiiij. questione. Et maximè hoc procedit habito respectu quod vitium erat reale, quoniam vi dicta Regina occupavit dictum Comitatum per gentes suas, et lex dicit quod vitia possessionum à majoribus contracta perdurant, et successorem auctoris sine culpa comitantur.

Decima septima questio. Utrùm Rex Franciæ in pace facta apud Britaniacum [Bretigni] cum Rege Angliæ, ut in casu dictum est, potuit dare Comitatum Bigorræ in ejus manibus taliter existente dicto Regi Angliæ. Et si ponitur, utrùm post privationem in Parlamento factam idem Comitatus ad priorem statum et causam redierit, aut sit in Dominio Regis per confiscationem incorporatus.

Et questio apud me non est levis Leg. bene à Zenone Cod. de quadrien. prescr. ubi in summa dicitur, quod si Imperator donet alteri, vel vendat, vel alienat rem alienam ut propriam non valet pretendens illam rem esse suam, seu Dominus vel creditor contrà detinentes actionem movere, vel contrà fiscum agere intrà quadriennium duntaxat,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre posteà verò nullam actionem habet etiam adversùs
1424 Dominum Cæsaream.
N° I. Sed in casu nostro Rex Franciæ, qui vices Imperatoris gerit in Regno suo et inter suos subditos, ut in Cap. per venerabilem, qui filii sint legi. illum Comitatum, quem tenebat ut proprium, contulit Regi Angliæ, nec fuit tunc actum contrà ejus fiscum intrà quadriennium. ergo nulla actio remansit dictis Comitibus de Fuxo, nec Successoribus. Nec obstat privatio postmodùm facta de Rege Angliæ, quia obligatio seu actio semel sublata et extincta non redit seu reviviscit, licet res pertineat ad priorem statum, Leg. quod res, § aream ff. de sol. Et quamquam hoc motivum vigere videatur, tamen eo non obstante, contrarium puto de jure verius. Et ad Leg. benè à Zenone respondeo multis modis. Primò, quod illa Lex loquitur quando Imperator donavit rem alienam credens illam esse suam; secùs si sciebat illam esse alienam, quoniam tunc alienatio non præjudicat Domino. De hoc sunt duæ glossæ multùm notabiles. Prima in Leg. 2. Cod. de ali. re. con. alia in Leg. una de alie. rerum fisca. cum priva. quæ ita exbenè restrinxerunt hanc legem. Et est ratio; nam speciale privilegium Imperatoris est, ut possit rem alienam alienare quando habet in illa aliquam partem, ut in juribus proximè allegatis; secùs autem quando nullam habet partem et scit eam alienam. Non enim potest Imperator regulariter aliena largiri. Sed Rex Franciæ verò similiter sciebat illum Comitatum Bigorræ ad illos pertinere, quoniam fuerat longa contentio in Curia Parlamenti super eo inter Regem Angliæ et Ecclesiam Aniciensem, et inter Dominam Constantiam et eandem Ecclesiam. Item Successores Dominæ Constantiæ usque in hodiernum diem semper institerunt apud Reges Franciæ pro tempore existentes pro recuperatione dicti Comitatûs, ut dicitur in narratione facti. Et fama dabat esse verò similiter in illis quod Comitatus iste ad illos Dominos de Bigorre.

similiter in illis quod Comitatus iste ad illos Dominos de Bigorre.
Fuxo pertinet. Per hæc enim et denuntiationes sæpè fac- 1424
tas præsumitur mala fides possidentis, maximè quoniam N° I.
in gravi et notabili facto, prout erat istud, præsumitur memoriam extare, licet multa sint memoriâ lapsa.

Secundò potest responderi, quod illa Lex Benè à Zenone ponit privilegium specialissimum Imperatoris et Augusti, qui suis consiliis, suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, undè non immeritò si habeant dignam suam prærogativam fortunam, ut dicit ibi textus propè finem. Hoc autem privilegium non attribuit sibi Rex Franciæ; ergo extendendum, et maximè quoniam in eo non est eadem ratio in hoc quæ in Imperatore, cùm non laboret pro universo orbe.

Tertia Responsio. Certum est quod alienatio facta per Ecclesiam Aniciensem tempore litigii non valuit, et per consequens remansit de jure proprietas illius feudi apud Ecclesiam illam. Lex autem Benè à Zenone non habet locum in rebus Ecclesiæ, quoniam non potuit Imperator se privilegiare in præjudicium bonorum Ecclesiæ.

Quartò subtilius posset responderi, quod Lex Benè à Zenone præallegata habet locum re alienatâ existente penes alium, et hoc ne inquietetur ille qui habuit rem ab Imperatore, nec ipse Imperator inquietetur in estimatione; meritò fuit præfixum tempus ad agendum, ut ibi. Sed in casu nostro cessant hæ rationes, cùm res reversa sit ad ipsum Regem, nec liceat ipsum Dominum Regem locupletari cum jacturâ aliorum, maximè subjectorum, ut in Lege Nam hoc natura ff. de condi. inde. et cùm illa Lex sit odiosa, debet restringi quantùm fieri potest, Leg. Si Præses, et Leg. penult. ff. de pen.

Ex quibus concludo, quod aut dicta alienatio nullomodo valuit, aut si valuit, rediit ad priorem statum, cùm sit reversus ad successorem universalem illius Dominæ Reginæ et ad malæ fidei possessorem.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. Decima octava questio. Utrum diligentiæ factæ
1424. per heredes Dominæ Constantiæ, ut suppositum est
N°. 1. narratione facti, interruperint prescriptionem dictæ Reginæ et suorum heredum, si qua fuit.

Hæc questio potest primò decidi per ea quæ suprà dixi in xiv.ª et xvi.ª questionibus. Non enim potuit hic habere locum prescriptio rationibus ibi dictis. Sed præsupposito quod locum habuerit, ut quæsito satisfiat, an per illas diligentias fuerit facta interruptio.

In hoc animadvertendum quod Domina Constantia fuit spoliata dicto Comitatu Bigorræ peregrinam, unde prescriptio ab illo tempore, et non ante, debet considerari; quoniam sine possessione prescriptio non procedit, ut in Regula sine possessione, libro 6°. Ab illo verò tempore cùm Domina Regina fuerit violenta, non potuit indubiè inchoari prescriptio. Nam si legitimum habuisset titulum, non debuisset propriâ auctoritate possessionem violenter invadere, ut Leg. Si, Cod. si per vim vel alio modo. Nam rem propriam non potest quis violenter invadere; quod si fecerit, incidit in penam Leg. Si quis in tantam, Cod. Unde vi. ut privari debeat Dominio illius rei si erat sua; sin autem cogitur rem cum estimatione illius restituere, ut in dictis juribus.

Preterea cùm dicta Domina Regina fuit placitum in Curia Regis, et per litis contestationem; vel ubi non exigitur ex privilegio causæ per actum qui solet fieri post litem contestatam inducitur interruptio prescriptionis civiliter, ut Leg. penult. Cod. ne de Statu Defun.

Denique huic Reginæ successit Dominus Ludovicus, Rex, Filius suus, in dicto Comitatu Bigorræ; qui quidem Dominus Ludovicus prescribere non potuit, tum quoniam erat successor universalis Matris, quæ fuerat malæ fidei possessor; tum quia res jam fuerat in litigium deducta cum Defuncta; tum quia ipsa possessio Comitatûs fuerat vitiosa, quoniam invasa violenter, unde nocuit etiam Successori.

Tertiò dicti Comitatûs possessionem Dominus Rex Ludovicus post

post coronationem suam transtulit in Dominum Karolum, Comitem Marchiæ, Fratrem suum. Iste etiam licet Bigorre.
esset singularis possessor, prescribere non potuit, 1424.
tum quia erat in mala fide, quæ presumenda est ex fama N°. 1.
loci qui habebat, quod dictus Comitatus pertineret ad Dominam Constantiam; tum quia etiam de jure civili saltem intrà triginta annos non potuit prescribi per quemcumque etiam singularem Successorem propter vitium reale quod comitatur quemcumque Successorem.

Item non potuit transferre in istum Karolum cùm super ea lis penderet jam inchoata cum Domina Regina, quæ etiam transivit in Successorem, scilicet Dominum Ludovicum. Nam judicium non extinguitur per mortem alterius litigantis, ut in Authent. Principales, Cod. de jura. calumn.

Alii verò postmodùm succedentes in Regno Franciæ, et in dicto Comitatu specialiter non exprimuntur in casûs narratione, nec specificè dicitur qualem diligentiam adhibuit Comes Fuxi Phebus vulgariter nuncupatus, seu alii Predecessores vel Successores sui, sed in genere dicitur quod multas diligentias adhibuerunt, unde non potuit comprehendere an essent sufficientes ad interrumpendam prescriptionem si qua fuisset inchoata, cùm non omnis diligentia sufficiat ad interrumpendam prescriptionem, ut patet in Lege Ut perfectiùs, Cod. de anna. excep. Et ideò non possumus in hoc dare speciale responsum. Sed in genere dico animadvertendum, quod prescriptio quandoque interrumpitur naturaliter, quandoque civiliter, quandoque verò dormit, ita non currit nec interrumpitur, sed illud tempus de medio subducitur. Et inter cetera ad propositum nostrum dormit prescriptio quando tanta est hostilitas seu guerra in loco quod jus non redditur. Item quando ita sevit mortalitas seu pestilentia, quod jus loco non redditur consimili ratione, quoniam est hostilitas Dei. Et arbitror quod ista fuerunt multa in regno Franciæ propter maxima guerrarum discrimina quæ viguerunt et vigent in illo Regno. Item interrumpitur prescriptio per litis contestationem ut suprà dixi. Et dicit Glossa quod de jure canonico semel sic interrupta ampliùs non potest prescribi, quoniam videtur reus titubare de jure suo et non habere bonam fidem.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1. Sed de jure civili requiruntur de novo quadraginta anni. Sed in hac materia peccati standum est juri canonico.

Item tempore pupillaris ætatis non currit prescriptio triginta vel quadraginta annorum; et ideò si quis de successoribus Dominæ Constantiæ primò spoliatus fuit pupillus, sunt tempora illa pupillaris ætatis de medio tollenda. Præterea de jure canonico interrumpitur prescriptio quandocumque supervenerit mala fides, id est, conscientia rei alienæ.

Item advertendum quod si quis non valuit litem contestari, vel propter adversarii absentiam vel furoris laborem, cum neminem tutorem habeat vel curatorem, vel quod in magna potestate constitutus est; et notandum est hoc ultimum in materia nostra; nam debet protestari apud Judicem loci, et coram eo libellum querimoniæ deducere; et si non potest habere Presidem, hoc faciat coram Episcopo, et suam manifestet voluntatem, et sic faciendo interrumpit prescriptionem adversarii; et si non potest habere Presidem vel Episcopum, tunc hoc faciat coram notario, et in defectu notarii coram tribus testibus. Hæc omnia habentur in Lege Perfectiùs, Cod. de doli excep. Ex his poterit Procurator Domini Comitis de Fuxo multùm instrui ad enervandum prorsùs prescriptionem alterius Partis, vel in totum allegandam malam fidem, vel interruptionem, vel tollendo illa tempora de medio in quibus prescriptio dormivit.

Decima nona questio. Utrùm Privilegium per Comites Arminiaci et Perdiaci pretensum prestet aliquod impedimentum donationi Comiti Fuxi factæ, aut det justam oppositionis et appellationis causam quominùs sortiatur effectum; et si tale privilegium aut pactum inter Regem et suos subditos habitum sit de jure validum et tenendum attentis vel obstantibus multis in donatione appositis, quæ de pactis hujusmodi videntur facere mentionem.

Ad hanc questionem breviter respondeo, quod tale Privilegium seu pactum nullius momenti est, cùm non appareat de interesse aliquo dicti Comitis Arminiaci. Textus est apertus in Lege Nemo paciscendo ff. de pactis, ubi expressè patet, quod nedum Princeps, imò nec privatus, potest eo pacto ligari ut rem suam non alienet. Sinc textus in lege Quoties, ff. de servitu. dicit quod non potest constitui servitus, si nihil interest accipientis, veluti si stipulor ne per fundum tuum eas, aut ne ibi consistas, et ideò si mihi concedas jus tibi non esse fundo tuo uti frui nihil agitur. Si autem

potest presens Comes Arminiaci aliquod interesse pretendere, ut dictus Comitatus Bigorræ non ponatur extrà manum Regiam, ut tunc dico quod licet possit valere pactum aut privilegium ne alienetur, non tamen tale pactum potest impedire dominii translationem, si de facto alienetur. Bigorre. 1424. N°. 1. Nullum jus competit Comiti Arminiaci in illo Comitatu; ideò pactum vel concessio non fuit sufficiens ad dominii translationem in Dominum Comitem Fuxi impediendam.

Præterea dico quod cùm Rex Franciæ concessione Domino Comiti Fuxi factâ revocaverit omnes litteras et omne privilegium alteri cuicumque concessum continens ut non possit dictus comitatus alienari, ut patet in concessione Domino Comiti Fuxi facta, non potuit nec potest dictus Comes Arminiaci suum privilegium allegare ut pote revocatum, et revocatio valuit, ... et ex predictis concludo quod nec privilegium, nec appellatio, potuit impedire dicti Comitatûs Bigorræ translationem, tum quia privilegium non valuit, tum quod presuppositâ validitate fuit revocatum, tum quia presupposito quod non potuisset revocari, non potuit impedire Dominus Rex rei translationem; et de appellatione quod non habuerit impedire patet, quod appellatio extrajudicialis nil operatur si est injusta, sicut erat in casu nostro. Item quantumcumque sit justa, non habet impedire quominùs interim possit uti jure suo. nec obstat juramentum Regis predecessoris, si quod fecit, quoniam illud non extenditur ad Successorem. Quin imò etiam si fuisset predictum ab isto Rege Donatore non habuisset impedire dominii translationem illius Comitatûs Bigorræ, quoniam actus gestus contrà juramentum tenet, licet contraveniens sit perjurus. Nec obstat si opponatur de cap. intellecto de jurejuran. ubi patet, quod non tenet alienatio facta in prejudicium Regis etiam cum juramento. ad hoc enim plenè respondebo infrà super questione xxvj. ubi meliùs cadit.

Ex his infero ad solutionem Vigesimæ quæstionis quæ fuit, Utrùm post oppositionem et appellationem Comitis

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre armiaci innovata veniat retractanda. Dico enim,
1424. quod non, quoniam oppositio et appellatio fuerunt in-
N°. 1. justæ; et presupposito quod fuissent justæ, non tamen potuerunt impedire dominii translationem, et sic amplius non potest agi contrà dictum Comitem Fuxi, qui legitimè obtinuit dictum Comitatum, cùm pactum seu privilegium de non alienando rem propriam, esto quod intersit paciscentis, non tamen efficit ipsam rem non posse alienari.

Item solvitur Questio Vigesima prima, Utrum scilicet dicti Fuxi possint ad causarum dictarum oppositionum et appellationum predictarum petere quod dictus Comitatus Bigorræ ad manum Regis antè omnia reducatur, et posteà reducatur ex meritis earumdem. Et ut patet ex predictis in duabus proximis questionibus, dicendum est quod non; tum quoniam notoriè constat de injustitia appellationum et petentium illam revocationem; tum quoniam privilegia quæ redarguuntur de nullitate, aut falsitate, aut alio vitio, non tenent causâ pendente vacillare; sed debent observari donec contrarium probetur. Quinimò lite pendente non debet quis possessione sua pretextu privilegii habita privari, etiamsi privilegium sit contrarium juri.

Vigesima secunda quæstio est, Utrùm oppositio et appellatio Comitis Perdiaci quas facit pro Baronia sua de Angulis, quoniam de majori translata est in minorem, sit efficax, attento quod Reges Franciæ omni die consueverint Vassallos suos quamvis invitos transferre in pares aut minores; et ita servatur in Francia, ut presupponitur.

Concludo ego quod duplici ex capite oppositio et appellatio Comitis Perdiaci pro Baronia sua de Angulis sita in Comitatu Bigorræ non sunt justæ nec admittendæ; primò quod consuetudo est in contrarium: secundò, quoniam alienatio fuit facta cum universitate Comitatus.

Ad Vigesimam tertiam quæstionem, Utrùm dicta Donatio ex sui forma sapiat naturam donationis aut restitutionis, ~~sed potius~~ quam faciendam dicto Comiti Fuxi Rex de justitia tenebatur, dico quod nullomodo sapit naturam restitutionis,

tutionis, sed potiùs donationis seu concessionis in feudum. Bigorre.
Hoc primò colligitur quod Rex dicit, quod convenienter 1424.
non poterat pro forma justitiæ sine vocatione partis red- N°. 1.
dere et deliberare suo consanguineo, scilicet dicto Comiti Fuxi, terras supradictas, &c. et immediatè transivit ad formam gratiæ, ibi considerantes magnam legalitatem, &c. ubi incipit narrare causas illius concessionis inductivas, quæ omnes sapiunt gratiam specialem. Ex causis colligitur dispositionis qualitas et disponentis mens. Item patet ex verbis dispositivis ipsius Regis in eo quod in versiculo, ex istis causis, &c. dicit. Ex istis causis et aliis quæ ad hoc nos moverunt et movent, dedimus, tradidimus, credimus, derelinquimus et transportamus ex gratia speciali, &c. ex quibus verbis satis luculenter colligitur, quod Dominus Rex non processit restituendo per viam justitiæ, sed transferendo per viam gratiæ; preterea si restituisset per viam justitiæ, non concessisset in feudum sicut concessit. Item procedere non poterat per viam justitiæ non vocatâ parte, scilicet Ecclesia Aniciensi. Quinimò sententia est nulla non solùm cùm fertur contrà absentem, sed etiam pro absente ex quo non intervenit citatio; et est ratio, quod de jure non potest alteri absenti per alterum acquiri, Leg. absenti ff. de Dona.

Vigesima quarta Questio dependet ex precedenti presupposito quod sapiat naturam donationis, an Dominus Comes Fuxi eam recipiendo cum adjectis per Regem conditionibus prœjudicavit juri matris suæ viventis super proprietate dicti Comitatûs Bigorræ.

Ad hanc quæstionem dicendum arbitror, quod in nullo prejudicavit juri matris tunc viventis, licet concessio facta domino Comiti Fuxi sapiat gratiam, quoniam certi et indubitati juris est ex alterius contractu neminem obligari, nec juri alterius prejudicari, etiam si sit mater cui ex facto filii minimè prejudicatur, ut probatur in Leg. penult. et ult. Cod. Ne uxor pro marito. Plus etiam dico, quod nec juri matris, nec ipsius Domini Comitis, aut ejus potestatis seu habentium vel habiturorum ab eo causam, per hanc concessionem Regiam prejudi-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1.

catur duplici ratione. Prima, quod si verus Dominus conducit, vel emit, vel alio titulo capit rem suam ab alio ut alienam, non per hoc perdit dominium illius rei quod prius habebat. Textus videtur apertus in Lege Ei à quo ff. de usuca. et in Lege Si rem aliquam ff. de acquir. possess. et Bartolus in dicta Lege Si rem aliquam.# Secus autem si quis rem suam donaret alteri, et postmodum seu illicò illam rem ab eo conduceret, vel donaret et retineret sibi usum fructum; nam tunc transferret dominium et possessionem in alterum, ut probatur in Lege Quædam mulier ff. de rei vend. et in Lege Quisquis Cod. de Dona. tunc enim intervenit ficta traditio per quam transfertur dominium.

#°. Voiez page 46.

Ad propositum ergo Dominus Comes Fuxi Comitatum Bigorræ recepit à Rege in feudum ut alienum et proprium ipsius Regis, ut clarè patet ex verbis concessionis, cùm nullum prejudicium fuerit sibi, aut suis, in dominio illius Comitatus generatum.

Secunda ratio quare Domino Comiti Fuxi aut suis prejudicium nullum ex concessione regia sit illatum, colligitur ex tenore dictæ concessionis, ubi ipsemet Dominus Rex reservavit omne jus prius competens Domino Comiti et sua Posteritati, ut patet in versiculo Salvo et reservato, &c. ubi dicit salvo et reservato Posteritati et habentibus causam à dicto nostro Consanguineo et Predecessoribus suis, de requirendo per viam actionis, et deviando jura quæ dicto nostro Consanguineo poterant pertinere juribus suprà dictis per modum quem potuisset vel potuit facere à die datæ presentium Litterarum, &c. Protestatio enim maximè Principis preservat jus protestatum.

Per proximè dicta satis arbitror decisam relinqui quæstionem xxv.am quâ quæritur, et dato quod non prejudicaverit Domino Comiti Matre vivente, nec eâ defunctâ, qualiter sibi id Dominus Comes, ejus heredes, precavere debeat ne ipsam donationem et ejus conditiones videatur aliquo modo approbare; nam, ut predixi, nullum prejudicium sibi fit ex tali concessione, et eâ non obstante potest jus suum consequenter prosequi rationibus predictis sicut potuisset tempore

datæ

Bigorre. 1424. N°. 1.

datæ illius concessionis seu donationis. Quinimò prodest sibi plurimùm in alio dicta concessio; quia si verum est ipsum dictum Comitem habere jus ex suis Predecessoribus in dicto Comitatu, impeditur interim prescriptio, si qua incepisset currere ex persona Domini Regis, quia transferendo Comitatum in verum Dominum perdidit possessionem quam prius habebat, sine qua non procedit prescriptio, ut notabiliter probatur in Lege Si is à quo fundum ff. de usuca.

Vigesima sexta Quæstio: utrùm dicta Donatio quæ ob causas rationabiles facta est, et pro qua idem Dominus Fuxi ad homagium et fidelitatem se astrinxit, sit de sui natura revocabilis.

Et primò videtur quod nedum sit revocabilis de facto, imò de jure nullius videtur esse momenti; quoniam Rex non potest in prejudicium regni sui donationes facere etiam cum juramento de non revocando, ut Cap. Intellecto, De Jurejuran. Nam et quando coronatur jurat nihil diminuere de bonis Imperii. Preterea tales gratiæ in prejudicium universitatis vel regni presumuntur subreptitiæ, quia non est verosimile quod ex certa scientia fuissent concessæ cùm sint contrà jus et utilitatem publicam. Et si diceretur oppositum, sequeretur quod regnum posset ad nihilum devenire, maximè cùm non possit quis merum imperium à se abdicare nisi in manibus sui Superioris.

Secundò principaliter contrà illam concessionem facit, quia Rex non fecit mentionem de juramento in contrarium prestito, de quo videtur quod necessariò fienda erat.

Preterea et tertiò de Litteris et Privilegiis precedentibus debuit fieri mentio specialis, non autem generalis, adeò quod de qualibet notabili clausula posita in prioribus Litteris, debet fieri mentio in Litteris revocatoriis.

His argumentis premissis pro solutione questionis, sciendum, quod Bartolus in Leg. Prohibere §° planè ff. quod vi aut clam, format questionem, nunquid Rex valeat in Regni prejudicium aliqua alienare? et finaliter concludit, quod si tendat

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre alienatio in grave detrimentum jurisdictionis re-
1424. galis, non valet, etiam si juramento firmetur; sed si
N°. 1. non tendat in tam grave prejudicium, valet et tenet: — non enim debet fieri ita amara interpretatio, ut nihil possit de juribus regni donare.

Ad propositum veniendo dico, quod donatio seu concessio facta Domino Comiti Fuxi argumentum suprà in contrarium factis non obstantibus multiplici ex capite sustineri potest, et per consequens secundo loco probabo quod est irrevocabilis.

Primò enim dicta concessio juribus consistit, quoniam Comitatus Bigorrae non est de Regno Franciae seu membrum proprium ipsius regni, sed erat aut Domini Comitis Fuxi, aut Ecclesiae Aniciensis, aut ex concessione ipsius Ecclesiae pertinebat ad Regem Franciae, non ut ad Regem, sed ratione sui patrimonii et successionis specialis; nam ut patet ex narratione facti, iste Comitatus habuit originem in personam Dominae Joannae, Reginae Franciae et Navarrae, ex donatione seu permutatione facta cum Ecclesia, scilicet per Ecclesiam Aniciensem, quae pretendebat tunc habere proprietatem dicti Comitatus, et ex persona ipsius pervenit ad Regem presentem, ut heredem heredis dictae Dominae Joannae. De patrimonio verò suo potest Rex disponere ad libitum, cùm non contingat alienatio Regni, et in re sua ~~nedum~~ quilibet, nedum Princeps, est legitimus moderator et arbiter.

Preterea secundò presupposito quod pertinuisset ad regnum suum, nihilominus potest dicta alienatio sustentari ex eo quoniam dictus Rex puré non donavit seu alienavit dictum Comitatum, sed concessit in feudum retinendo sibi proprietatem, et honorem, et praeeminentiam, et devolutionem certis casibus ad eum vel successores, ut patet in concessione, et hoc est de natura feudi. talis verò concessio non diminuit honorem regni, ut suprà dixi.

Preterea et tertiò, habito respectu ad amplissimum Regnum Franciae et munificentiam solitam illius Regni —

Regum,

Regum, et ad preclara servitia Regibus Franciae im- Bigorre.
pensa per Comites Fuxi presertim hodiernos, ipsemet 1424.
Dominus Rex in suis Litteris attestatur, non debere dici N°. 1.
quod dicta concessio cadat in grave prejudicium Regni, cùm Donatio remunerativa non sit propriè Donatio, sed potiùs meritorum remuneratio. Donatio facta propter eximia et magna merita precedentia est irrevocabilis etiam propter ingratitudinem, quoniam potiùs est merces laboris eximii, quam mera donatio; et presertim hoc procedit in casu nostro, in quo ipsemet Dominus Rex attestatur, quod dictus Comitatus ex juribus productis per Dominum Comitem videbatur ad eum pertinere; et sic quodammodo restituit quod suum erat, quod est necessitatis et non merae liberalitatis: sed voluit Rex procedere per manus justitiae propter partis absentiam, et ut videretur exercere majorem magnificentiam, ut ipsemet in suis Litteris attestari videtur. Ex his remanent soluta contraria quae inferebant nullitatem ex defectu potestatis.

Ad alia contraria quae videntur urgere ex causa subjectionis, dico quod juramentum prestitum per Predecessores istius Regis de Comitatu non alienando fuit personale, unde per mortem fuit sublatum, quoniam juramentum non transit in successorem. Satisfecit enim ipse jurans ex quo non alienavit, unde successor ex tali juramento non ligatur, et sic non erat opus mentionem facere de eo quod non erat.

Item presupposito quod iste Dominus Rex jurasset, nec mentionem de tali juramento aut Privilegio priùs facto de non alienando fecisset, tunc dico, quod nihilominus concessio in feudum, quam posteà fecit, debet valere; quoniam hanc concessionem fecit jure proprio de patrimonio suo, ut suprà dixi: unde non potuit se ita ligare quod haberet impedire dictam translationem sicut dicimus in privato, qui alligavit se ad non alienandum, et tamen tenet alienatio, licet nullam in alienatione mentionem de priori obligatione fecisset, ut Lege Venis potest ff. de leg. 3. In his enim quae infert publica persona ut privatus, censetur jure privati.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre. 1424. N°. 1.

Pretereà concedendo Comitatum contraxit cum Domino Comite, cùm ultrò citróque oriatur obligatio. Si enim ex contractu obligatur etiam Princeps, ut statim latiùs dicam; ergo non potest contractus infringi eo quoniam non fecit mentionem specialem de priori juramento aut Concessione antecedenti; supervenit enim vinculum fortius. Nam, ut suprà dixi, tenet contractus etiam contrà proprium juramentum, licet contrahens sit perjurus.

Ex his infero ad Secundum an talis concessio facta Domino Comiti Fuxi per Dominum Regem sit revocabilis. Et dico, quod non, duplici ratione. Prima, quoniam Princeps obligatur ex contractu sicut quilibet privatus, et in concessione feudi ultrimque nascitur obligatio. Secunda ratio, quoniam non potest Princeps revocare Privilegium quod priùs concessit, ex quo transivit in contractu, vel quasi, seu in jus gentium; et generaliter non potest Princeps, causâ non existente, privare aliquem dominio suo.

Condescendo igitur ad Vigesimam septimam quæstionem, quâ quæritur, Presupposito quod propter importunitatem vel aliàs, Dominus Rex dictam Concessionem velit revocare de facto, quod remedium habet dictus Dominus Comes Fuxi ad retinendum possessionem ipsius Comitatûs Bigorræ, ad minus donec fuerit de jure ipsius quod antè donationem habebat in eo per sententiam declaratum. Et in hac questione dico certum esse quod sine culpa Dicti Domini Comitis, illam concessionem revocare non potest. Quoad observantiam standum est dispositioni Principis, quoniam presumenda est pro Principe causa, nec admittitur in contrarium probatio. Cum Princeps obligetur ex contractu suo, non potest contravenire nisi appareat et constet de causa, quoniam aliàs de facili Princeps posset tollere et infringere omnem contractum per eum gestum, quod non est dicendum. Nisi convictus fuerit de culpa non debet Vasallus privari feudo etiam per Principem. Princeps compellitur observare suum contractum, nisi justam causam ostendat in contrarium.

Si

Si ergo sine causa apparente legitima et rationabili, Dominus Rex vellet contravenire, remedium honestum indubitabile esset, ut Dominus Comes recurreret ad denunciationem Evangelicam seu judicialem ratione peccati. Bigorre. 1424. N°. 1.

Secundum remedium ut appellet ad Papam, ad quem recurrendum sive immineat necessitas juris, quoniam alius non est Judex superior; sive facti, quoniam de facto minores Judices subvenire non possunt, et notat Innocentius Regem Franciæ de jure subesse Papæ.

Tertium remedium, ut arbitror, ut de facto resistat, quoniam ubi Superior de facto et injustè procedit, potest sibi de facto resisti, saltem in casu nostro in quo gravamen reparari per Judicem appellationis non potest. Nam defensio est de jure naturali, quæ cuicumque etiam contra Principem conceditur.

Nunc postremò Altissimo gratias immensas agendo restat ultimam quæstionem, in ordine Vigesimam septimam expedire, quæ est: Utrùm Procurator Regius generalis attentis mandatis et non obstantibus in Litteris concessionis appositis, nec non expeditione Cameræ Computorum, ac lectione et publicatione in Curia Regia Parlamenti, jus aliquod nunc possit causam habere, ut dictis Fratribus Arminiaci et Perdiaci Comitibus presenti causa se adjungant.

In qua profectò consideratione triplici dicendum censeo quod non.

Et primò adduco textum in Lege Benè à Zenone, Cod. de quadr. prescript. ubi dicit textus: Nemo audeat eos qui res accipiunt à Principe per quemcumque titulum alienationis suæ, sive mobiles, sive immobiles, seu se moventes, vel jura incorporalia penas civiles judicis afficere vel sperare aliquam contrà eos sibi viam esse apertam; sed omnis aditus precludatur omnis motus et spes ejus petulantiæ, &c. ut ibi tantummodò: et pondero illud verbum universale negativum nemo audet et excludit etiam quemlibet convenire volentem. —

Secundò principaliter adduco theoriam Bartholi in Lege cùm quærebat ff. Jud. sol. ubi dicit quod omnis exceptio

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bigorre per quam concluditur actori nullum jus sibi compe-
1424. tere potest opponi à principio antè litem contestatam,
N°. 1. quoniam cum certum sit neminem sine actione posse experiri, lege Si pupilli §° videamus ff. de neg. gest. potest quis ab agendo repelli, ubi excipitur quod sibi nulla actio competit : sed ita est in casu nostro, quod nulla actio ad revocandum potest competere Procuratori Regio, nec etiam dictis Comitibus Arminiaci et Perdiaci, ut clarè patet ex precedentibus : ergo à principio omnes, nedum Regius Procurator, possunt omnes ab agendo repelli, nec tenetur Dominus Comes Fuxi cum illis, vel eorum aliquo, judicium suscipere.

Tertiò et ultimò contrà Regium Procuratorem generalem allego textum notabilem in Lege Honori. ff. ma. — ubi probatur quod contrà specialiter per Dominum provisa non admittitur Procurator generalis, nisi oriatur causa de novo justa, et verosimiliter per Dominum tunc non agitata, quod non est in casu nostro. NICOLAUS, Abbas.

Ajoutez à page 40. Bartolus dicit se consuluisse in quadam causa in his terminis. Quidam Nobilis habens quendam fundum proprium, accepit illum à quodam Monasterio in Emphiteosim, et dicebatur in Instrumento quod Monasterium concedebat tali Nobili talem fundum in emphiteosim. Demùm Nobilis ille fundum illum, monasterio non requisito, alteri vendidit ; Monasterium illum fundum tanquam ad monasterium devolutum — occasione alienationis volebat vendicare, Consuluit Bartolus, et alii Doctores secuti sunt, ut ipse refert, quod non poterat, quoniam recipiendo rem suam in emphiteosim à Monasterio, non perdidit Dominium ex quo recepit illum tanquam proprium Monasterii ; nam Dominium solo animo non perditur sicut possessio, ut in lege Si quis vi, §°. differentia, ff. de adquiren. poss. et lege, Qui pro proprium, Codice Legati. Secus autem, comme page 40.

Reconnoissance en faveur de Raimond de Barege
Barege, Seigneur de Bourg. 1359.

NOverint universi .... quod Guillelmus de Abbatia N°. 2.
de Yspilio, non coactus .... promisit dare solvere pro feudo annuali Nobili Raimundo de Valletica, Domino de Burgo .... videlicet in quolibet festo omnium Sanctorum annuatim tres solidos morlanorum, et tres Sexterios avenæ bonæ, puræ, siccidæ, bené marchanti, ad communem — mensuram dicti loci ; et in quolibet festo Paschæ Domini — Edulum vel agnum : Edulum, si edulum contingerit habere in dicto festo ; et si careat edulo, et habuerit agnum, quod solvat agnum ; et si careat edulo et agno, quod teneatur dare et solvere unam Gallinam : et in quolibet festo Nativitatis Domini annuatim unam Gallinam. Et hoc precio ergotrilne precii sex florenis auri, quos dictus feudatarius à dicto nobili Raymundo habuisse et recepisse recognovit. Acta fuerunt hæc Banheriis, die decimâ mensis Junii, anno Domini millesimo trescentesimo quinquagesimo nono ; illustrissimo Principe Domino Johanne, Dei gratiâ Rege Francorum regnante et in Comitatu Bigorræ Dominante ; et Domino Guillelmo, Tarviensi Episcopo existente. Hujus rei sunt testes .... et ego Bernardus de Fabricâ, clericus de Banheriis, auctoritate regiâ Notarius, qui requisitus .... signo meo consueto signavi

Quittance pour Thibaud de Barege, Seigneur Barege
de Bourg, par Pierre d'Osson. 1396.

NOverint universi, quod ... Nobilis Pettus de Ossonnio, N°. 3.
Juris peritus ... confessus fuit se habuisse et recepisse à Nobili Theobaldo de Valletica, Domini de Burgo, quindecim florenos Aragonica pro quolibet duodecim grossos argenti vel valorem ... in deductionem majoris summæ, et hac ratione et ex causa cujusdam dotis ... et liberavit dictus Pettus Domicellus, Nobilem Theobaldum, et heredes suos et

Barege 1396. N°. 3. Successores quantum ad dictæ pecuniæ summam per aquilituram stipulationem pactum expressum faciens dictus nobilis Petrus dicto nobili Theobaldo, et suis successoribus, de ulterius aliquid non petendo. acta fuerunt hæc Banheriis, die quarta mensis Decembris, anno Domini mº. cccº. xcvjº. Serenissimo Principe Domino Karolo, Dei gratiâ Rege Francorum regnante, in Comitatu Bigorræ Dominante; et Domino Galhardo, Tarviensi Episcopo existente. hujus rey sunt testes.... et ego Petrus de Furcata, Rector de asqua, auctoritate imperiali notarius.... signo quo meo consueto signavi.

Barege 1384. N°. 4.

Renonciation de Jeanne de Barege aux droits paternels & maternels.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod cùm super matrimonio contrahendo inter Galhardum de Xela, Dominum dicti loci de Xela, et inter Johannam, filiam nobilis Theobaldi de Valletica, Domini de Burgo, idem Theobaldus et Manaldus, ejus filius, promisissent dare predicto Galhardo ducentos florenos de Aragonia pro dote predictæ Johannæ.... nec non et vestes nuptiales et Raubam lecti, dictus Galhardus.... concessit, quod dicta Johanna dum venerit ad nuptias, et dicto matrimonio in facie ecclesiæ celebrato, vel per consequens, si et quando predicto Theobaldo visum fuerit faciendum, absolvat perpetuò penitùs et quitet dicto ejus Patri, vel Manaldo, ejus filio, ipsiusque Johannæ fratri, ---legitima seu paternæ vel maternæ portionis.... se teneat pro benè apartata et contenta.... actum fuit hoc in loco de civitate; die sexta mensis

mensis Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto: Serenissimo Principe Domino Domino Karolo, Dei gratiâ Francorum Rege regnante, in Bigorra dominante: et Domino Galhardo, divinâ miseratione Tarviensi Episcopo existente. hujus rey sunt testes nobilis arnaldus, Dominus de argeleriis, Arnaldus-Ramundi, ejus filius; frater Petrus de Cabanaco, Prior monasterii Scalæ Dei; et ego Bernardus Tornerii, clericus de Banheriis, publicus auctoritate Regiâ notarius.... signavi. Barege 1384. N°. 4.

Donation faite par Thibaud de Barege à Manaud, son fils, de Bourg & Espielh.

Barege 1386. N°. 5.

Noverint universi.... quod nobilis Teobaldus de Valletica, Dominus locorum de Burgo et d'Espielh, non coactus.... attendens quia multa grata servicia per Manaldum de Valletica, ejus filium legitimum et naturalem, in ipsum impensa.... donavit eidem Manaldo.... donatione purâ, factâ, et irrevocabili inter vivos.. videlicet castrum et locum de Burgo et locum d'Espielh scituatos in Vicaria de Malovicino, cum omnibus redditis, feudis, agreriis, obliis, aquis, pascuis, molinariis, molendinis, terratoriis, nemoribus, arboribus domesticis et silvestris, dominationibus, jurisdictionibus, et quibuscumque deveriis et proprietatibus, quas habet ---- Retento tamen quod dictus nobilis Theobaldus, donator, predictus, teneat, possideat et expletter liberè omnia bona supradicta per ipsum superius data.... dum tamen vixerit.... quodque in suis ultimis ~~testamento~~ .... possit testare ad libitum usque ad summam centum franchorum auri.... actum fuit hoc Banheriis, die xvª. mensis aprilis, anno Domini mº. cccº. lxxxvjº. regnante domino nostro Domino

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Bare-ge. 1386. N°. 5.

Karolo, Dei gratiâ Franciæ Rege in Bigorra domi-
nante; et domino Galhardo, divinâ miseratione —
Tarviensi Episcopo existente. Hujus rey sunt testes
Dominus Bernardus de Ferra, abbas monasterii Sca-
læ Dei; nobilis arnaldus de Argelerii, dominus dicti
loci ... et magister Bernardus de Fabrica, Notarius —
condam de Banheriis ... morte preventus ... et ego —
arnaldus-Guillelmi Baradgiri, Notarius auctoritate
Regiâ publicus villæ de Banheriis .... Arnaldus de —
Lavedano, Dominus de Castrogelosio, Senescallus Bi-
gorræ et capitaneus Lurdæ pro Domino nostro Franciæ
Rege, Consiliarius et Cambellanus Domini nostri Re-
gentis; dilecto nostro magistro arnaldo-Guillelmi Barad-
giri, notario regio de Banheriis, Salutem. ad instantiam
et supplicationem nobilis Borguinæ de Balletica, filiæ
legitimæ et naturalis et coheredis universalis nobilis Ma-
naldi de Valletica et Calianæ de Barbasano, Dominæ
de Luco condam afferentes magistrum Bernardum de
Fabrica, notarium quondam dicti loci de Banheriis, reti-
nuisse instrumentum emancipationis factæ per nobilem
Theobaldum de Valletica, condam patrem dicti Manaldi
tempore quo vivebat de locis de Burgo et de Espielh. ——
dictumque instrumentum de nostro mandato ad requestam
nobilis Mariæ de Valletica, coheredis etiam dicti Ma-
naldi —— Datum Tarviæ, die xxij°. mensis Martii, anno
Domini M°. ccc°. xxj°. DE FITA, Judex major. P. CALHOTI.
—— Signo meo consueto signavi

Quittance

Quittance de 200.# pour Thibaud de Barege, par Geraude de Tornod.

Barege. 1398. N°. 6.

N Overint universi, ... quod cum Geralda
de Tornoo, Domina loci de Serabeyrale, —
uxor Dominici de Boaria, habitatoris loci de Ga- ou genos.
nos in diocesi Convenarum ... recognovit ... rece-
pisse a Theobaldo de Valletica, Domino de Burgo,
videlicet CC. libras turonensium parvorum, quas
Ramundus de Valletica, Dominus dicti loci de Burgo
condam, ipsius Theobaldi Pater, quondam receperat
à Guillelmo-arnaldi de Valletica quondam, Domino
loci de Tornoo, pro dote Yspaniæ, ipsius arnaldi Guil-
lelmi sorore, et uxori Guillelmi de Valletica dicti Ra-
mundi quondam fratris. quam quidem restitutionem
sibi incumbebat, ut asseruit, tanquam filia legitima
et heres Bertrandi de Tornoo quondam .... actum fuit
hoc Banheriis, die xix. mensis Madii, anno Domini -
millesimo trescentesimo nonagesimo octavo: Sere-
nissimo Principe Domino Domino Karolo, Dei gratiâ
Franciæ Rege regnante, in Bigorra dominante; et Do-
mino Galhardo, divinâ miseratione Tarviensi Episco-
po existente .... ego Bernardus Fornerii, clericus de
Banheriis, publicus auctoritate regiâ notarius ... Le
seing comme au N°. 4. precedent.

Promesse de ne jamais rien demander à Thibaud de Valletique du tems de la gestion par Calliane de Luc.

1392. N°. 7.

N Overint universi ..... quod ... personaliter —
constituti Bernardus de Velhonis, Dominus dicti
loci, et arnaldus, ejus filius, et Galtrardus de Xela, Do-
micelli, Dominus dicti loci ... expresse convenerunt Theobaldo,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Barege 1392. N°. 7. de Valletica, Domicello, Domino de Burgo, ibidem pre-
senti, stipulanti et recipienti, facere dare tutores per
Curiam Domini Senescalli Bigorrae, Mariae, filiae
Manaldi de Valletica, ejus filii quondam, et Callianae,
Dominae de Luco, uxoris dicti Manaldi quondam, et hoc
hinc ad primum veniens festum Paschae Domini ----
nec non promiserunt --- facere renunciare predicto Theo-
baldo de Valletica per dictam Callianam, dicti Manaldi
quondam relictam, nunc uxorem dicti Bernardi, Do-
mini de Velhonis ---- ratione et ex causa cujusdam com-
positionis inter ipsos Bernardum et ejus uxorem et filium,
ex parte una et dictum Theobaldum, ex parte altera;
de qua quidem compositione extat publicum instru-
mentum manu mei notarii infrascripti retentum et
confectum, et super verbis matrimonii contrahendi inter
dictum Arnaldum, dicti Bernardi filium, et Mariam -
dictae Callianae filiam supradictam --- actum fuit hoc
Banheriis die ultima mensis Januarii, anno Domini
M° ccc°. xc secundo; serenissimo principe Domino Do-
mino Karolo, Dei gratia Franciae Rege regnante in Bi-
gorra dominante; et Domino Galhardo, Divina misera-
tione Tarvienti Episcopo existente. Hujus rei sunt testes
Dominus Johannes, Vicecomes de Asterio, Bernardus
de Arrassio, Fortius de Valletica, Ramundus Solere,
Domicelli ---- et ego Bernardus Tornerii, clericus de
Banheriis, publicus auctoritate regia notarius... Le seing
ci devant.

Contrat de mariage d'Arnaud d'Avelhous
& de Marie de Barege.

Aoueillous. Luc. 1392. N°. 8. Noverint universi ... quod super matrimonio con-
trahendo inter Bernardum de Velhonis, Domicellum,
Dominum

Dominum dicti loci de Velhonis, et Callianam de Aoüelhous.
Luco, Dominam dicti loci ex parte altera; et inter Ar- Luc.
naldum de Velhonis, Domicellum, dicti Bernardi filium, 1392.
ex parte una, et Mariam ipsius Callianae filiam, nep- N°. 8.
tam que nobilis Theobaldi de Valletica, Domini de Burgo,
ex parte altera; dictus Theobaldus --- promisit dare, sol-
vere et pacare infra villam de Banheriis predictae Ca-
lianae et Mariae, ejus filiae --- quatuor centos florenos de
Aragonia boni puri auri et ponderis legalis, vel saltem
deducere de debito in quo dicta Caliana sibi et uxori suae
tenetur, et hoc de die in diem. --- actum fuit hoc Banhe-
riis, die ultima mensis Januarii, anno Domini M° ccc°.
xcij°. - Roi, dominant, Evêque, temoins, Notaire, comme
au precedent acte.

I

Vente par Bone de Libaros, Veuve de Pierre
Brusal, à Bertrand d'Antin de fiefs à Mun &c à
la Marque.

Antin. 1445. N°. 9.

IN Dei nomine. Noverint universi ... quod ... perso-
naliter constituti nobilis Bona de Balirossio | Libaros suivant une requete de noble Jean d'antin pour Compulsoire du 8. fevrier 1538. |
relicta Petri de Brusali quondam, et Sancius de Brusali
ipsorum conjugum filius naturalis et legitimus ... habi-
tatores de Tria ... tradiderunt et liberaverunt --- nobili
Bertrando de Antino, naturali sive spurio de Antino ---
videlicet quinque solidos morlanos argenti currentis sibi
in loco de Munio in Bigorra pertinentes et expectantes pro
feudis sive censibus annualibus et sibi exsolvi consuetos
anno quolibet in festo omnium Sanctorum per habitatores
dicti loci de Munio, prout ibi dictum fuit et assertum: nec non
totum illud territorium vocatum la Marcha eisdem here-
dibus predictis pertinentibus et expectantibus situatum in
Comitatu Bigorrae, prout confrontatur, prout ibi dictum

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Antin. fuit, cum Territoriis de Bellomonte, de Sera, de Vielambito,
1445. et de muno et singulis suis partibus --- cum omnibus suis
N°. 9. juribus, laudimiis, vendis, retro capitibus, obliis, agrariis, forestagiis et aliis dominationibus --- et hoc pretio et nomine pretii quinquaginta septem scutorum auri, boni auri et recti ponderis, cugni et legis Domini nostri Franciæ Regis, ponderis quodlibet scutum trium denariorum auri.... acta fuerunt hoc apud locum predictum de Tria, die vigesimâ nonâ mensis octobris, anno Domini M°. cccc°. xlv°. |1445.| Domino Carolo, Dei gratiâ Francorum Rege regnante; et Domino Philippo, miseratione divinâ auxis archiepiscopo existente ---- Arnaldus de Matholibus, notarius.

Contrat de Mariage de Jean de Sariac & de Sibile d'Antin.

Antin. IN nomine Domini nostri Jhesu christi. amen. noverim
1518. universi --- quod cum matrimonium fuit contractum
X. Item damus et concedimus predictis Habitatoribus Lordae, quod omnia quae vendentur in villa Lordae personis extraneis, possint guidari à Domino et Vicinis usque dum fuerint in loco salvo, nisi in fraudem Domini, vel Habitatorum dictae villae, venditio fieret antedicta.

XI. Item damus et concedimus Habitatoribus predictis Lordae, quod si aliquis homo veniret eques Lordam, et descenderet in carreria ob reverentiam alicujus hominis vel feminae Lordae, tantùm quantùm moram fecerit secum in carreria, per aliquem non pignoretur.

XII. Item damus et concedimus predictis Habitatoribus Lordae, quod si aliquis Habitator Lordae fecerit debitum, seu barratam, seu contractum, cum aliquo homine extraneo infrà villam

Lourde. N°. 127. 1406.

Lordae, homo extraneus non possit probare solutionem cum homine extraneo, nisi cum Vicinis Lordae, qui interfuerint solutioni, vel cum publico instrumento.

XIII. Item damus et concedimus predictis Habitatoribus Lordae, quod si aliquis Habitator Lordae habeat bellum cum aliquo, et quod firmaverit bellum in manu Domini vel Vicarii, si vult penitere; det quinque solidos pro pena Domino ultrà penam sive penitionem cognitam per curiam dictae villae.

XIV. Item damus et concedimus quod de Habitatoribus et Vicinis dictae villae de Lorda, si necesse fuerit, accedant ad exercitum et in servicio Domini ter in anno, semel à festo omnium Sanctorum usque ad Festum Nativitatis Domini: secundò à festo nativitatis Domini usque ad introitum Quadragesimae: tertiò à Pasca usque ad festum nativitatis beati Joannis Baptistae, cum pane novem dierum, et debemus eis mandare dictum exercitum per novem dies anteà: et talis electio de dictis hominibus Lordae, qui accedant ad exercitum et servitium Domini, fiat competenter ad arbitrium Judicum et Gardiarum seu custodum dictae villae de Lorda, qui habent eligere, tam pro custodiendo dictam villam de Lorda, quam pro eundo ad servicium Domini et in dicto exercitu, juxtà numerum hominum et facultatem villae predictae de Lorda, quod relinquitur arbitrio Judicum et Custodum dictae villae, et exercitus vadat

Lourde. N°. 127. 1406.

Suprà Lordam, illi de Lorda, qui erunt mandati ad electionem Judicum et Custodum ad eundum in dictum exercitum et servitium Domini, non debent exire usque Gentes, qui morantur infrà Lordam, transierint per Lordam, nisi periculum imminens appareat: et si extiterint in partibus inferioribus, homines mandati de Lorda non debent exire usque Gentes superiores de Vallibus et Montaneis transierint Locum predictum de Lorda, nisi periculum imminens, ut suprà dictum est, appareat: et ipsi tenentur eos sequi in sequenti die, et si necesse fuerit eis portare munimenta, vel etiam scuta, Dominus debet eis dare Saumerios qui portent illa munimenta.

XV. Item damus et concedimus antedictis habitatoribus, quod aliquis habitator Lordae non capiatur per Dominum, vel Locumtenentem Lordae, dum tamen possit firmare stare juri, nisi de tali casu sit inculpatus, de quo pena mortis vel corporis sit inferenda.

XVI. Item damus et concedimus quod nullus habitator Lordae tenens domum, propter clamorem, vel querelam civilem, quam Dominus habeat ab eo, non capiatur, nec distinguatur, licet non possit firmare stare juri: sed Dominus faciat ipsum judicare super bonis suis super Judices predictae villae.

XVII.

Lourde. N°. 127. 1406.

XVII. Item damus et concedimus predictis habitatoribus Lordae, quod si aliquis viator moveat querelam contrà aliquem Vicinum Lordae, eadem die dictus Vicinus faciat jus: et si non faciebat, quod det quinque solidos pro pena Domino: et si aliquis homo extraneus habeat questionem, vel querelam, de aliquo homine Lordae, debet firmare querelam suam per hominem Lordae ad complementum suae querelae, vel committatur juratoriae cautioni, si firmare non possit.

XVIII. Item mandamus tenere justas marcas et justas pesas, mensuras, vergas, canas justas: et si aliquis homo Lordae acceperit in marca ultrà pondus debitum valorem unius Sterlingi, et possit probari, debet solvere quinque solidos pro pena Domino: et qui tenebit Libram, sive ulnam, vel canam falsam, debet, si probari possit, solvere Domino quinque solidos pro pena; et si cana, vel virga, sive ulna, sint breves, ratione vetustatis, fraude non adhibitâ quam consueverunt per unam polgatam, non debet damnum pati, nec dare quinque solidos Domino: et qui tenebit falsam mensuram vini, pomatii, bladi, olei, mellis, vel alterius liquoris ad vendendum, condemnetur in quinque solidis.

XIX. Item damus et concedimus, quod omnis homo dictae Villae, qui inveniet latronem

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Lourde.
N° 127.
1406.

cum furto in manu, quod possit eum capere auctoritate nostrâ, et quod auferat quicquid inveniet, et quod reddat illi cujus est, et quod remittat hominem Domino, et Dominus faciat illum judicare per Judices dictæ villæ, et predictus Dominus faciat recuperare injuriam passo.

XX. Item damus et concedimus predictis habitatoribus, quod si aliquis homo uxoratus in adulterio fuerit deprehensus cum femina maritata, vel etiam cum soluta, vel femina maritata cum homine uxorato, vel etiam cum soluto, Dominus faciat ambos adulteros currere totam villam.

C'etoit la coutume autrefois de punir l'adultere en faisant courir les coupables tous nuds.

Les Coutumes données aux habitans du Lieu d'aubiet par Bernard, Comte d'armagnac et de fezensac, en 1288. confirmées par odon de montaut, chevalier, et autre odon de Montaut, damoiseau, pere et fils, en 1290. expriment autrement cet article.

Item, disent ils, si aliquis inveniatur in adulterio, nudus cum nuda, vel braccis depositis cum vestita, dummodò probatum sit per duos viros idoneos sufficienter, solvat predictis Dominis sexaginta quinque solidos morlanos,

Lourde.
N° 127.
1406.

morlanos, vel currat per villam predictam, et quod hoc sit in electionem adulterium committentis.

Les Coutumes d'avensac portoient, dit d'olive, livre second, chapitre 1er, que les adulteres payeroient cinquante sols, ou coureroient nuds par la ville. cette nudité, continuë cet auteur, etoit contre les bonnes moeurs et l'honneteté publique. L'article fut cancellé par arrêt du 12. mai 1628. au rapport de M. Tolosani.

Les anciens Germains faisoient mettre hors de la maison la femme adultere par son mari, et il la foüettoit par les rües, l'avoir depouillé toute nuë devant ses Parens et aprez lui avoir coupé les cheveux. Accisis crinibus, dit Tacite de moribus Germanorum, adulteram nudatam coram Propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.

Les Juifs lapidoient les femmes surprises en adultere.

Les Saxons, au rapost de Boniface de Mayence dans une lettre au Roi d'angleterre, faisoient foüetter par des matrones la femme adultere qu'on avoit depouillé jusques à la ceinture; on la faisoit aller de bourgade en bourgade. elle y etoit

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Lourde.
N° 127.
1406.

reçuë par d'autres femmes qui la fustigeoient, la perçoient même à coups de couteau jusqu'à ce qu'elle expirât.

Ces femmes punissoient elles de bon cœur un crime tel que celui là, sur tout si l'amant etoit homme à meriter des faveurs? la criminelle ne pouvoit elle pas leur dire avec madame de Courcelle aux pieds de ses Juges,

„ C'est un crime d'amour, dont je ne suis coupable
„ que pour avoir le cœur trop sensible et trop doux:
„ De grace, consultez et vos yeux et vos cœurs,
„ Ils vous inspireront d'etre mes Protecteurs
„ Tous ce que l'amour fait n'est il pas legitime?
„ Pourrez vous vous resoudre à chatier un crime,
„ Que la plupart de vous voudroient avoir commis?

Au Tonquin les adulteres sont jettes tous garotés à un elefant, qui les prend avec sa trompe et les jette en l'air, et lorsqu'ils retombent il les ecrase avec les pieds.

Adulteram cingulo tenus vestibus abscissis flagellant castæ matronæ, et de villa in villam missæ occurrunt novæ flagellantes, et cultellis pungunt donec interimant.

On coupoit autrefois les narines aux femmes, pour qu'elles ne causassent plus de tentations. on en faisoit autant au membre viril de l'homme.

Martial se moque dans l'Epigramme 84.e du

Lourde.
N° 127.
1406.

du Livre III.e d'un mari, qui s'etoit contenté de couper le nez à un homme surpris avec sa femme.

Quis tibi persuasit nares abscindere mœcho?
Nil hâc peccatum est parte, marite, tibi.
Stulte! quid egisti? nihil hic tua perdidit uxor,
Cùm sit salva sui mentula Deiphobi.

Les Romains mettoient les femmes adulteres dans un cachot, où ceux qui vouloient aller en jouir, mettoient des sonnettes autour d'eux, pour que le suplice fut entendu de dehors. La punision ne multiplioit elle pas les crimes?

Elle me rapele ce que Neddim Cogia, ou l'auteur des lettres Turques, dit de l'Isle d'Eca sur la mer noire, Lettre XVI. Elle est, dit il, habitée par des Mahometans si epurés, si fort detachés du monde, qu'ils ont les femmes en commun. Elles couchent dans un cloitre, où on va les trouver. on regarde comme un peché grief de penser plus à l'une qu'à l'autre. Il est deffendu aux femmes d'avoir de la predilection pour un homme.

„ Le Kioste, ajoute l'auteur, est un Lieu
„ où l'on renferme celles qui sont atteintes et
„ convaincuës d'avoir de l'inclination pour
„ quelqu'un dans la nation, et qui ont evité par
„ ruse ou autrement, de se trouver avec les autres,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

[illegible]
[illegible]
Lourde.
N°. 127.
1406.

„afin de se conserver entierement à ce qu'elles „aiment. l'Ancien tire tous les soirs au sort „le nom de cinq jeunes hommes, qui vont passer „la nuit avec la coupable. Ils se font un point „d'honneur d'aggraver la penitence, et de lui „faire sentir qu'elle a eu tort d'en preferer un „autre dans son coeur. au bout du tems de „penitence fixé par l'ancien, si elle ne paroit „pas bien revenuë de son erreur, on en prolonge „le tems.

Une amante, qu'il apele Seneléen, fut dans le cas. Elle aimoit Celeb à la fureur. Elle fut condamnée au Kioste. Son amant assembla ses amis pour forcer la prison. Seneléen au desespoir crioit pour l'apaiser: „Ah, mon „cher Celeb, ne vous exposez pas. j'aimerois „mieux rester six mois dans le Kioste, que d'etre „cause qu'il vous arrivât le moindre mal. Il „faut prendre patience, et souffrir ce qu'on „ne peut empecher.

XXI. Item damus et concedimus predictis habitatoribus, quod omnis homo, qui invadet, vel intrabit vi domum vicini sui, omnes illi, qui fuerint in tali invasione, solvant Domino illius quilibet illorum, decem et octo solidos: et si clamor factus fuerit Domino predictæ villæ, pro pena quinque solidi sibi dentur, quos solvat ille qui devictus fuerit de invasione, pro quolibet qui invasionem predictam

predictam, vel vi interfuerint faciendam ultrà penam communem et cognitam per Judices Lordoe: et si ille, qui est in domo debité se deffendendo, ictum vel vulnus fecerit, penam non solvat Domino antè dictam.

XXII. Item damus et concedimus, quod habitatores Lordoe pro accusatione, nec exactione quam faciant, non debent penam Domino, nisi appellatum fuerit, et etiam victus in causa appellationis solvat penam Domino antedictam.

XXIII. Item damus et concedimus predictis habitatoribus Lordoe, quod si forte aliquis homo Lordoe, non scienter, nec etiam manu iratâ, dabat damnum ex improviso, vel casu fortuito, ~~damnum dederit~~ sicut contingit pluries, vel occidebat aliquem vicinum suum sine dolo et culpa, et possit probare quod casu fortuito et accidente sine dolo et culpa id fecerit, per vicinos suos, vel alios extraneos, non debet damnum sustinere, nec penam solvere Domino antedictam, si ille, qui sic casu fortuito damnum dederit, vel hominem interfecerit, conetur diligenter componere cum amicis vicini secundum arbitrium bonorum virorum villæ antedictæ.

XXIV. Item damus et concedimus antedictis habitatoribus, quod si aliquis vicinus Lordoe frangebat alii vicino plantas suas, vel comburebat domum suam, vel

[illegible]
[illegible]
Lourde.
N°. 127.
1406.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

[redacted]
Lourde.
N°. 127.
1406.

molendinum, vel etiam frangebat, Dominus habeat quinque solidos in delinquentem, et quod faciat bonum restitui conquirenti secundùm bonorum virorum arbitrium dictæ villæ ultrà pœnam communem et cognitam per curiam antedictam.

XXV. Item damus et concedimus omnibus habitatoribus Lordæ, quod non teneantur nobis, aut nostris successoribus, dare, nec prestare pro deberio, nisi eis placuerit, summas pecuniæ, nec aliqua alia bona.

XXVI. Item damus et concedimus pro consuetudine et donatione liberâ predictis habitatoribus, quod communitas Lordæ possit eligere Judices quolibet anno in festo assumptionis Beatæ Mariæ, et Dominus debet facere et recipere, dummodò sint sufficientes.

XXVII. Item damus et concedimus, quod si aliquis homo Lordæ vulnerabat alium vulnere legali, quod det lxv. solidos vulnerato, et quinque solidos pro pena Domino, nisi mors, membri mutilatio, et corporis debilitas subsequatur.

XXVIII. Item damus et concedimus omnibus habitatoribus Lordæ, quod ipsi habeant libertatem et donationem, ut ipsi non solvant Leudam, nec Pedagium, in toto comitatu Bigorræ.

XXIX. Item damus et concedimus, quod si quis percutiat alium in foro, vel in nundinis, cum pugno, vel palmâ, vel aliâ levi percussione, percussor solvat Domino xx. denarios, et alios

xx.

[redacted]
Lourde.
N°. 127.
1406.

xx. denarios percusso pro damno: et statim sine dilatione percussor judicetur penâ legitimâ et judicium sine mora aliqua adimpleatur.

XXX. Item damus et concedimus quod habitatores Lordæ debeant et possint à judiciis in curia latis provocare, vel etiam appellare ubi consueverunt, vel de jure debent.

XXXI. Et nos predictus Centullus, Comes Bigorræ, damus et concedimus cum bono corde, ac etiam libero, et cum bona voluntate istas consuetudines et libertates, pro nobis, et nostris successoribus, omni tempore duraturas: et si aliquis venit post nos Dominus, et contradicat istis consuetudinibus, vel etiam libertatibus, habitatores Lordæ possint pro suo Sacramento retinere eas sine bello, et omnes suas hereditates, quæ sunt infrà limites suos, vel etiam metas.

XXXII. Item damus et concedimus predictis habitatoribus Lordæ, quod si Dominus, seu aliquis homo habeat querelam de aliquo homine Lordæ, quod faciat jus per illos dies, de quibus superiùs dictum est, et quod judicetur per Juratos et Judices predictæ Villæ.

XXXIII. Item damus et concedimus antedictis habitatoribus, quod aliquis homo non hospitetur in aliquo hospitio habitatoris Lordæ sine voluntate cujus est hospitium.

XXXIV. Item damus et concedimus predictis habitatoribus Lordæ, quod quando aliquis vendet hereditatem cujuscumque [redacted] valoris moventem de feudo Domini, emptor et venditor veniant coram Domino, vel ejus Locumtenente, et pro —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Lourde. N°. 127. 1406.

Laudaminiis tantum sex denarios sibi dabit emptor.

XXXV. Item quod nulli habitatori de Lorda, vel pertinentiarum ejusdem, liceat bladum excutere in eadem villa, vel pertinentiis, nisi cum animalibus, quæ Dominus dicti Loci ad hoc constituerit cum salario solito, nisi cum animalibus propriis, vel habitatoris, seu habitatorum Villæ Lordæ.

XXXVI. Item volumus etiam, et de voluntate et consilio, ac consensu dictæ villæ, ordinamus, quod quando aliquis homo de Lorda voluerit extirpare, vel ad cultum hominum aliquem fundum trahere, quod hoc faciat de voluntate Domini, vel ejus Locumtenentis: et quod partem Domino prestet, quam solitum est prestare; et quod hoc faciat sine prejudicio pascentorum necessariorum et sufficientium hominibus dictæ villæ.

XXXVII. Item damus et concedimus predictis habitatoribus Lordæ, ut quemcumque Castellanum Lordæ de novo habebunt, teneatur jurare antedictis habitatoribus foros et consuetudines per nostros Predecessores approbatas observare.

XXXVIII. Item damus et concedimus dictis habitatoribus Lordæ, quod quisque habitator Lordæ possit seu valeat construere et edificare furnum ad decoquendum panem suum proprium in suo habitationis hospitio, toties quoties opus fuerit,

Lourde. N°. 127. 1406.

fuerit, sive necesse, absque omni pena, et nihil aliud Domino pro permissione exsolvendo.

XXXIX. Item damus et concedimus antedictis habitatoribus Lordæ, quod Judices et Custodes seu Gardiæ villæ predictæ de Lorda in absentia Domini, et ejus Locumtenentis, per se habeant potestatem faciendi et creandi Puissonarios, macellarios, pacossarios, mercerios, Gonerterios et mestatgarios, ac quoscumque alios ad generalia villæ predictæ destinari consuetos, et eosdem, casu quo delinquerint super venditionibus suis panis, vini, carnium et aliarum mercaturarum, vel in eorum officio, corrigendi et puniendi ad eorum arbitrium et juxtà conditionem seu genus delicti.

In quorum visionis, detentionis, palpationis et lectionis, ac ceterorum premissorum testimonium, huic presenti Vidisse seu vidimus sigillum nostrum proprium in pendenti duximus apponendum. Datum in Castro Lurdæ, die xxjv.a Decembris, anno Domini m°. ccc°. lxx°. jx°.

Quibus quidem Privilegiis, foris, franchesiis, consuetudinibus, licet usi fuissent per tempora continua et longissima, et diligenti custodia diutius observata, mediante invasione Ducis Andegavensis, et combustione in parte dicti Loci, originalia premissorum amiserunt, et combusta unà cum multis aliis bonis dicti Loci remanserunt. Nobis humiliter supplicantes, ut

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

[redacted] Lourde. N° 127. 1406.

hujusmodi transcriptum, seu Litteras —
superiùs insertas, transcribi nostrâ —
auctoritate et mandato per Notarium —
publicum faceremus, et omnia et singula —
contenta in eis renovare, concedere et —
confirmare auctoritate Regiâ perpetuò —
dignaremur. Nos verò eorum supplicationi —
annuere volentes in hac parte, ad majorem
tamen securitatem et veritatis indaginem,
informationem recepimus pleniorem per testes
fide dignos juratos omni exceptione majores,
testificantes se vidisse originale predictum in —
forma debita scriptum et sigillatum, non ratum
nec emendatum, sed potiùs omni vicio penitùs
alienum, antedictarum libertatum seu —
privilegiorum tenuisse et legisse, et prout —
creditur in predicta notula contexta omnia
et singula fuisse in dicto originali predicto, et
per eorum depositionem concremato per —
adversarium nostrum Ducem quondam
Andegavensem prenominatum, et ejus gentes,
temporibus quibus venerant ad dictum locum,
ut premittitur, ac etiam de legalitate antè
dicti Notarii Dominici de Casalibus, et de ejus
bona fama pleniùs informati. Attendentes —
namque predictorum hominum de Lorda
fidelitatem et constantiam, quam hactenùs —
ergà coronam angliæ habuerunt, ut per hoc
ad

[redacted] Lourde. N° 127. 1406.

ad serviendum Domino nostri Regi angliæ
et Franciæ fiant promptiores, nomina ejusdem
Domini nostri Regis, atque nostro, eisdem foros
et franchesias, consuetudines, libertates omnes
contentas in dicta tabula seu prefatis Litteris,
quas approbamus, ex nostra scientia et gratia
speciali, renovamus, laudamus, approbamus et
auctoritate Regiâ perpetuò confirmamus, dictum
que transcriptum per Notarium scribam nostrum
infrascriptum transcribi mandavimus, presentibus
et inseri volentes, ac etiam decernentes, quod
transcripto ejusmodi deinceps et perpetuò in omnibus,
omnis fides adhibeatur plenaria in quibuscumque
judiciis, ut originariis privilegiis et Litteris antè
dictis, presensque transcriptum, ut originales
Litteræ dicta privilegia continentes, fidem faciat
plenariam, et eis stetur pariter et credatur: —
quibus omnibus et singulis supradictis, et —
cuilibet premissorum, auctoritatem nostram
et Regiam apponimus pariter et decretum, dantes
dictis Custodibus, Juratis, Consulibus universitatis
de Lorda auctoritatem et potestatem deinceps —
utendi et fruendi dictis privilegiis et franchesiis
sic nostrâ auctoritate renovatis et confirmatis,
forisque et consuetudinibus solitis, et eorum cuilibet,
ut anteà, tam in judiciis, quam extrà, sententiandi,
et quomodo cumque peragendi: Universis et singulis
Senescallis, Judicibus, Capitaneis, Baylivis et aliis
in aequitania nostris Consiliariis, et qui pro —
tempore fuerint, auctoritate nostrâ et Regiâ quâ —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Lourde. N° 127. 1406.

frangimus, districte precipiendo mandamus, ut prefatos Custodes, Juratos et habitatores dicti Loci et Universitatis de Lorda, et qui pro tempore fuerint, premissis omnibus et singulis Supradictis Privilegiis concessis et renovatis, franchesiis, foris et consuetudinibus, prout hactenus usi sunt, uti et gaudere faciant et permittant pacifice et quiete, et omnia et singula contenta in dictis transcriptis Privilegiorum, prout ibi particulariter exposita sunt, de puncto ad punctum teneant et observent, et ab aliis faciant inviolabiliter observare. In quorum testimonium nostrum sigillum presentibus Litteris duximus apponendum in pendenti. Datum Bayonae,

1388. xxjª. die octobris, anno Domini mº. ccc. lxxxviij°.

Nous humblement requerans, attendu, que n'aguieres que ladite Ville de Lorde a, été mise à l'obeissance du Roi notre Seigneur, et, qu'il leur a été promis et accordé par nos Très-, chers et bien amés Messire Rotger d'Espagne, Senechal de Toulouse; Messire Robert de Chaslus, Senêchal de Carcassonne, Chambellans de, mondit Seigneur, et notres Capitaines des Gens, d'armes par nous ordonnés pour la garde, tuition et deffense du Païs de Languedoc, et aussi, Messire Arnauton de Lavedan, Senechal de, Bigorre, de faire par mondit Seigneur et nous, les, susdits Privileges et franchises contenuës et, declairées esdites Lettres, confirmer, comme par, Lettres

, Lettres Patentes sur ce faites peut aparoir que, ainsi promis leur a été, lesdites Lettres veuillons, ratifier, Nous avons eu et avons agreable ledit, Traité et accord fait par les susdits Senechaux aux, susdits Gardes, Jurats, Habitans de la Ville et, Communauté de Lorde: avons octroyé et, accordé, octroyons et accordons de grace speciale, par ces presentes, et autorité Royale dont nous, usons en cette Partie, qu'ils puissent et leur, laissent jouir et user de toutes et quelconques, les susdites Coutumes, Privileges, franchises et, Libertés, ainsi et par la maniere qu'ils ont fait, le tems passé, et que plus à plein est contenu, esdites lettres. Si donnons en mandement, par la teneur de ces presentes aux Seneschal, Tresorier et Procureur de Bigorre; et à tous, autres Officiers et justiciers de mondit Seigneur, et notres presens et à venir, ou à leurs Lieutenans, et à chacun d'eux, si comme à eux apartient, que de notre presente grace et octroi fassent, souffrent et laissent lesdits Gardes, Jurats et, Habitans de ladite Ville et Communauté de, Lorde jouïr et user paisiblement et, perpetuellement, sans les molester, travailler, ou, empecher, ni souffrir etre molestés, travaillés, ou empechés, ores ou pour le tems à venir en, aucune maniere contre la teneur de ces, presentes, et pour que ce soit ferme et stable

Lourde. N° 127. 1406.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~

Lourde. N°. 127. 1406.

„chose, nous avons fait mettre notre séel à „ces presentes, sauf en autres choses le droit „de monseigneur et le notre, et l'autrui en „toutes. Donné en notre hotel de Vincennes „lez Paris, au mois de Fevrier l'an de grace „1406. Et au repli „Par monseigneur le Duc et „Lieutenant, LE BOEUF. ces Lettres furent sellées d'un seau de cire verte pendant à lacs de soie verte.

Quoique ces Privileges et coutumes ne soient pas accordés aux Habitans de Vic, ils donnent cependant une idée de ceux qu'on a perdu. Ils étoient, sans doute, à peu prez semblables. Ce qui me le fait presumer est que la Requete presentée par les Consuls de Tarbe et ceux de Vic pour demander des graces au Comte de Foix en 1426. sont presque la même chose. delà, j'infere que pour avoir un regle pour le faux poids et mâles mesures dans Vic, il ne faut que consulter le XVIII. Article des Privileges de Lourde.

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

Lettre du Greffier de Tarbe à Salafranca, Notaire de Rabastens. N°. 128.

Discreto viro et fratri suo Magistro Petro de Salafranca, Notario Loci de Rabastenxis.

DIscrete Vir, humili recommendatione procedendo, noveritis, quod die presenti in causa appellationis Guillelmi de Bernis, de Malabato, contra heredes Johannis de Canhano et Arnaldi Guillelmi de Fabro, fuit appunctatum, quod dictus de Bernis elargiretur ab arresto et carceribus ~~[illegible]~~ per totam Villam de

de Rabastenxis, et commissa vobis receptione debita commissionis: quare recipiatis dictas cautiones, et caveatis quod sint sufficientes, quia ita vobis fuit per Curiam Domini Seniscalli commissum, vocata parte in receptione dicte caustionis, si interesse voluerit. Dominus sit vobiscum una cum tota vestra familia. Scriptum Tarbiæ die nona Decembris. Rabastens. N°. 128.

Vester Frater JACOBUS COLINI, Notarius Curiæ Appellationum Bigorræ.

Lettre du Juge ordinaire de Bigorre au meme Notaire. N°. 129.

JESUS. AVE MARIA.

A l'honorable mon car Senhor et special amic Maëste Pey de Salafranca, Notari de Rabastenx.

MAëste Pey, Jo me recomandi à vos; vulhatz saver que Guilhem Dabadia deu Loc de Godoô, marit de Franquina de Dossana, Portador present, m'a dist que lo temps passatz, jo estan Judge de la Terra de Casterbayac, cum au present soy, et vos Notari per la betz, foc balhada una Sentencia contra Vidau de Dossana, que lo balhas la soma de vij. Scutz; et per so certificatz m'en per la media, et transmetetz me, si fer se pod, la copia de ladita Sentencia, satisfacto vobis, &c. essi bolet re, que soy tot vostre, et que auti gran

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Rabaltenx. N°. 129. plaser que un jorn parlassam apbec bos et jo, et precarei Diu sia garda de bos. Amen. Scriut à Godoo à xx. ~~de~~ d'abriu. Vostre Specian amic e lo

~~Vente de Galefet par Odon d'Aure, chevalier, à Bernard de Mauleon, fils naturel de feu Geraud de~~ de tos temps JOHAN de la FITTA, Judge ordinari et Advocat de Begorre.

Vente de Galeset par Odon d'Aure, chevalier, à Bernard de Mauleon, fils naturel de feu Geraud de Mauleon, chevalier.

Galeset. 1295. N°. 130. Noverint universi, quod Nobilis Vir Oddo de Aura, Miles, pro se et suis heredibus ac ordinio, vendidit jure proprio et titulo perfectae venditionis absolvit perpetuò penitus et quittavit, ac etiam ad feudum militare seu honoratum dedit noviter perpetuò et concessit, cessit et transtulit, et de omnibus amparatoribus in judicio et extrà judicium guirire promisit Bernardo de Maloleone, filio naturali Domini Geraldi de Maloleone, militis quondam, presenti ibidem, ementi et sollempniter stipulanti, ac pro se et suis heredibus et ordinio pariter recipienti, totum Territorium seu Villare appellatum Galaset,

~~[illegible]~~

Galeset. 1295. N°. 130.

Galaset, cum omnibus juribus suis, et actionibus ac pertinentiis suis, quod totum esse dixerunt inter Rivum de Gotta segura, ex parte superiori, et extenditur usque ad territorium appellatum de Gales ex longitudine, et de amplo tenet de territorio de Clarenx usque ad territorium de Bono repastu, videlicet terras cultas et incultas, seu hermas, nemora et bancas, vineas, prata, pascua, casalia, ortos, viridaria, terras ad ademprias et explecturas, aquas, fontes, folia, estanquas, molendina, ~~[illegible]~~, molinaria, loqua molendinorum, si ibi reperiantur, seu etiam possint in futurum, pasquaria et camerlas, oblias, census, tasquas, agraria, et quascumque aliae fuerint portiones, et omnes obventiones, venditiones, impignorationes, laudaminia, justicias, incurrimenta, effusiones sanguinis, clamores et leges quinque solidorum et infrà, et decem solidorum, et viginti solidorum, et triginta solidorum, et quadraginta solidorum, et quinquaginta solidorum, et sexaginta solidorum, et sexaginta quinque solidorum Tholosanorum, et infrà, et ulterius jurisdictionem et dominationem in

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Galeset. 1295. N°. 130.

premissis, excepto mero et mixto imperio, et altam jurisdictionem et ressortum seu appellationes et provocationes, quae dictus miles sibi retinuit in premissis, et alia quae inferius per dictum militem Dominum Odonem de Aura retinentur, premissa seu premissorum altera, et subsequentia, in aliquo non obstante. Hanc autem venditionem et donationem militaris feodi seu honorati dixit et asseruit se fecisse dictus miles Dominus Odo de Aura dicto Bernardo de Maloleone pro rationabili et legali ac justo precio, videlicet pro centum Libris Turonensium bonorum nigrorum parvorum: quas centum libras parvorum Turonensium bonorum nigrorum nomine et causa hujus venditionis et donationis in militare feodum seu honoratum dictus miles Dominus Oddo de Aura dixit et in veritate confessus fuit se habuisse et recepisse ab ipso Bernardo, emptore predicto, in bona pecunia numerata, prout confessus et contentus fuit dictus miles, et renuntiavit expressè... Item dictus Dominus Odo de Aura, miles, ante dictam venditionem et Donationem, et in ipsa venditione et donatione, et post et antè omnia, retinuit sibi in rebus superiùs venditis

Galeset. 1295. N°. 130.

venditis et donatis, et predictis non obstantibus, quod dictus Bernardus de Maloleone, et sui heredes, teneantur jurare eidem Domino Odoni, aut suo heredi, seu heredibus, fidelitatem et vassalitatem, sicut Vassallus Domino suo jurare tenetur, prout jura volunt. Item retinuit dictus Miles Dominus Odo de Aura in premissis rebus superiùs venditis, et ad feodum honorabile seu militare datis, et antè et post, quod dictus Bernardus de Maloleone, ratione rerum superiùs venditarum, et ad militare seu honoratum feodum donatarum, teneatur cum armis sequi et servire, et dictum Dominum Odonem, et suos heredes, quotienscumque per ipsum Dominum Odonem de Aura, aut per suos heredes, dictus Bernardus de Maloleone, aut sui heredes, fuerit requisitus, et juvare, et subvenire et succurrere eidem Domino Odoni ab omnibus suis inimicis, et hoc tamen ad expenssas ipsius Domini Odonis de Aura, militis, et suorum heredum. Item dictus Dominus de Aura, miles, retinuit antè predictam venditionem et Donationem, et in ipsa venditione et donatione, et post, et antè omnia, quod dictus Bernardus de Maloleone, et sui heredes, faciant et

© 2009 - Médiathèque Louis-Aragon - Tarbes

[redacted]
Galeset.
1295.
N°. 130.

teneantur facere ad Dominum mutantem eidem Domino Odoni, et suis heredibus, duo Calquaria deaurata, et jurare eidem Domino Odoni, aut heredi suo, seu heredibus, Dominationem et fidelitatem: et idem Dominus Odo de aura, aut ejus heres, item [redacted] debet jurare eidem Bernardo de maloleone, aut ejus heredi, esse bonus et fidelis. Item retinuit idem dictus Dominus Odo antè predictam venditionem et militaris feodi donationem, et in ipsa venditione et militaris feodi donatione, et antè et post, in rebus suprà venditis, ut premittitur, et donatis, jurisdictionem altam, videlicet, quod spectat ad merum et mixtum imperium tantum, et omnes appellationes et provocationes, non obstantibus suprà dictis. Item dictus Dominus Odo de aura, miles, retinuit in predictis et supradictis rebus superiùs venditis et donatis antè omnia, in medio et in fine, quod dictus Bernardus de Maloleone, nec ejus heredes, non recipiant, nec admittant in dicto loco et territorio de Galiret superiùs vendito, et, ut premittitur, donato, aliquem hominem, seu feminam, ignem alluquantem in terra et jurisdictione, seu districtu dicti Domini odonis de aura, et hoc, ut dictus Dominus Oddo de aura aliquod dompnum indè pasciatur, seu eidem posit aliquod prejudicium generari.

Item

[redacted]
Galeset.
1295.
N°. 130.

Item dictus Dominus Odo de aura, miles, dedit et concessit dicto Bernardo de Maloleone, Emptori predicto, plenam et liberam potestatem hedifficandi seu construendi aulam, seu quodcumque hedificium lapideum, terreum seu ligneum, in dicto loco de Galiret, ubicumque sibi placuerit, sive Forssam: hoc tamen salvo, quod idem Bernardus de Maloleone teneatur reddere et restituere eidem Domino Oddoni, aut suis Successoribus, dictam aulam, seu forssam, seu hedificium, quodcumque fuerit, quotienscumque idem miles Dominus Oddo de aura, aut ejus heredes, recuperare voluerit, iratus, vel paccatus, propter guerram vel metum inimicorum suorum, et post, metu vel guerra transactis, idem Dominus Oddo, et sui heredes, eidem Bernardo de Maloleone reddere et restituere teneatur dictam forssam, seu aulam, seu hedificium, ita tamen quod propter redditionem et restitutionem dictae forssae, seu aulae, aut hedificii, dicto Bernardo de Maloleone in rebus superiùs venditis, et ad feodum honoratum datis, ut premittitur, in possessione seu proprietate nullum prejudicium generetur. Item dictus Dominus Oddo de aura retinuit antè dictam venditionem et donationem, et in ipsa venditione et donatione, et post, quod si dictus Bernardus de Maloleone vellet vendere aut distrahere, seu sui heredes, res superiùs venditas et donatas

Z. iiij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Galeset.
1295.
N°. 130.

ad feodum honoratum, quod dictus Dominus Oddo, et sui heredes, illam possint habere cum tali precio, quod ille alius offerret, vel dare vellet, ante omnes alios homines et mulieres, et ante omnes alios viventes: et ultrà hoc, spatium quadraginta dierum deliberandi de spacio utrum velit illud retinere, vel non, et sic omnibus aliis emptoribus preferatur: alioquin dictus Dominus Oddo cuicumque alii emptori, exceptis personis superius et inferius exceptatis, aut ejus heredes, illud laudare teneatur ex parte Dominationis, salvis tamen et retentis omnibus suis juribus, et personis superioribus et fortioris, quibus non possit aliquid de predictis rebus venditis et datis superius alienare in solidum, vel in parte; set si aliter vendere aut distrahere voluerit, faciat cum consilio et voluntate dicti Domini Oddonis, aut suorum heredum, qui illam venditionem et distraxionem, si tamen illud retinere noluerit, modo quo suprà dictum est, laudare teneatur, salvis omnibus suis juribus et retentionibus suprà dictis. Actum fuit Tholose, tertio die introitûs mensis Junii, Domino Philippo, Francorum Rege regnante; Hugone, Episcopo Tholosano; anno ab Incarnatione Domini m°. cc°. xcv°. Hujus rei sunt testes Dominus Adzemarius de Maloleone, miles,

Galeset.
1295.
N°. 130.

miles; et magister Ramundus Guilhermi de Turribus, Jurisperitus: et Johannes de Lissaco, Sartor; et Vitalis de Lisshano, mercator: et Bernardus de Laur, de Castris: et Petrus de Mor[er]iis, publicus Tholose notarius, qui cartam istam scripsit

Vente du lieu de Galés par Garsias d'Aure à Pierre d'Antin.
1393.
N°. 131.

... L'acte de cette vente me paroit une copie de l'original, ou tout au plus un expedié très infidele, qui n'a pas été collationné avec soin. Je mettrai entre deux crochets ou parenteses ce que je crois qu'il faut lire pour avoir un sens parfait et literal.

In Dei Nomine amen. noscant presentes, et discant posteri hujus presentis publici instrumenti Senescalliae [seriem] hujus inspecturi, locum [lecturi], ac etiam audituri, quod nobilis et potens vir Dominus Garxias de Aura, miles et Varo Vallis Larbusti, sedens se et stans in sua bona memoria, certaque scientia, ac bona dispositione sui corporis, non aliquâ vi, fraude, metu, nec aliquâ malâ machinatione ad hoc adductus seu circumventus, de suis [Jure &] facto certus, certioratus et ad plenum instructus, ut asseruit, que [pro] se, suis que heredibus, successoribus et ordinio universis et singulis presentibus et futuris, gratiâ et causâ amicabilis vendisionis, cessionis, quictationis, remissionis et obligationis,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Galés.
1393.
N°. 131.

nunc et in perpetuum remissionis valiturum [valituræ], tradidit et liberavit nobili Petro de Antino, Domicello, habitatori de Galaeseto, in Senescallia Tholosana, et presentia mei Notarii infrascripti [, me Notario infrâscripto] pro dicto ipso Petro, Domicello de Antino, absente, suis que heredibus et successoribus, stipulantis et recipientis [stipulante & recipiente] cum hoc vero publico officio, [instrumento] tanquam publica et auctentica persona, videlicet totum et omne jus, et omnimodam potestatem, nec non jura et leges, et quascumque alias sibi competentes aut competituras in loco ac villa de Galaës, in dicta Senescallia de Tholosa: confrontatus dictum que territorium ac villare, sive Locus, cum Locis et territoriis ac pertinentiis de Galano, de Clarenxis, de Bono repastu, de Galaereto, partem que superiorem: [à parte superiori, Galezet étant au midi de Galez, Galan au Nord, Clarenx à l'orient, Bonrepaux au couchant] altam jurisdictionem et vassam dominationem que meyo [cum que] mero imperio, myxto que, cum omnibus ac singulis hominibus, mulieribus et honestis personis ac Ecclesiasticis, Privilegiis, rendis que, demandis, adjuvaminibus, subjectionibus, Carceribus, obedientiis et consuetudinibus quibuscumque, cum omnibus et singulis potestatibus, jurisdictionibus,

Il faut la virgule apres Ecclesiasticis, ce ne sont point les honorifiques de l'Eglise ou le jus patronat.

Galés.
1393.
N°. 131.

jurisdictionibus, Legibus, feudis, Justiciis, contumaciis, cursibus [Incursibus. Incursus, incurramentum, incurrementum, incurrimentum, signifient amende, confiscation. ce terme est employé dans le Pareage d'aire. on lit dans la Sentence arbitrale du 2e. août 1340. entre le Prevôt de St. Justin et les Habitans de Marciac qui est à la Casedieu, ratione incursûs non soluti feudi, vel non obtenti Laudaminii à dicto Domino Preposito. Je crois donc que s'il y a dans un acte incursibus, ce terme exprime toutes les amendes, sur tout celles qui sont comprises dans cette Sentence arbitrale, s'il n'y a point de justice haute, comme dans les acaptes sont renfermés les arrierecaptes.] bladis, galinis, Sibadanciis, et quibuscumque aliis jurisdictionibus, privilegiis que in [jam] dicto Domino venditore Sancio Garsia de Aura, pertinentibus et spectantibus in dicto Loco de Galaës, nec non totum omne molendinum, quod idem Dominus Sancius Garssias de Aura habebat in dicto Loco de Galaës [ante] venditionem hujusmodi situatum et constructum in pertinentiis predicti Loci, cum omnique molitura, aliis que privilegiis spectantibus in [jam] dicto molendino. Confrontatus cum terris et padoento communi, ex una parte: itinere publico et aqua vocata Baysia; cum omnibus lapidibus atque molis in dicto molendino positis et spectantibus, ac etiam cum omnibus aliis ornamentis pertinentibus,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Galés. 1393. N°. 131.

Philippus, Dei gratiâ Francorum Rex, notum facimus universis, tam presentibus, quàm futuris, quod nos quandam cartam, seu quoddam publicum instrumentum manu Johannis de Froseto, publici Senescalliæ Tolosanæ et albiensis notarii, confectum, ejusque signo signatum et cum alphabeto, sigillo nostræ Senescalliæ et Vicariæ Tolosæ, et Hugonis de Marciaco, tunc locum tenentis Senescalli nostri Tolosæ et albiensis, sigillatum Vidimus in hæc verba.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod frater Sancius de Montesquivo, Canonicus et Procurator seu Sindicus venerabilis Domini abbatis et Conventûs monasterii Casædei, ordinis Premonstratensis, Diocesis auxitanæ, Procuratorio nomine seu Sindicatu dictorum Domini abbatis et Conventûs, cujus Sindicatûs tenor inferiùs continetur, pro se et dictis Domino abbate et Conventu; et etiam venerabilis et Religiosus vir frater Stephanus Lupati, Dei gratiâ abbas dicti monasterii Casædei: frater Willelmus de Lana franca, Provisor casædei, pro se ipsis et toto Conventu predicto, ex parte unâ: et nobilis vir Dominus Bernardus de Insula, Miles et Senescallus Pardiaci, pro egregio viro Domino arnaldo-Willelmi, Dei gratiâ Comite Pardiaci, et ut Senescallus ejusdem

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

No. 143. Marciac. 1298.

Domini Comitis Pardiaci, ex parte altera, comparuerunt et tenerunt coram nobili et discreto viro Domino Hugone de Marciaco, Canonico Lugdunensi, tenente locum nobilis et potentis viri Domini Guithardi de Marciaco, Militis Domini nostri Regis Franciæ, Senescalli Tolosæ et Albiensis, et in ejus presentia — Tolosæ in domo quam inhabitat idem Dominus Hugo, dixerunt quod pro utilitate sua et — Domini nostri Regis, quoddam Pariatgium fecerunt de Bastida construenda, prout in — instrumento publico per manum mei Johannis de Croseto, notarii, plenius continetur. Quod quidem instrumentum ibidem lectum fuit de verbo ad verbum coram dicto Domino — Hugone in presentia dictarum Partium, et mei notarii, et testium infrascriptorum: cujus instrumenti tenor sequitur in hæc verba.

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis Patris, et filii, et Spiritus Sancti, amen. — Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Religiosus vir frater Sancius de — Montesquivo, Canonicus et Procurator seu Sindicus Domini abbatis et Conventûs — monasterii Casæ Dei, ordinis Premonstratensis, Diocesis Auxitanæ, procuratorio nomine seu Sindicatu dictorum Domini abbatis et — conventûs, cujus procuratio[nis] seu Sindicatûs — tenor inferiùs continetur, de expresso consensu et voluntate venerabilium et Religiosorum — virorum, Domini Stephani, divinâ providentiâ abbatis,

No. 143. Marciac. 1298.

abbatis: et fratris Willelmi de Malo — Burgeto, Prioris: fratris Ramundi Willelmi de Castronovo, Subprioris: fratris Willelmi de Lanafranca, Provisoris: fratris Vitalis de Gardia, Sacristæ, Domûs et monasterii — predicti Casæ Dei, personaliter existentium et ea quæ sequuntur fieri cum instantiâ — requirentium, ex parte unâ: et nobilis vir Dominus Bernardus de Insula, Miles, — Senescallus Pardiaci pro egregio viro Domino Arnaldo-Willelmi de Monteludguno, Dei-gratiâ Comite Pardiaci, nomine dicti Domini Comitis, et ut Senescallus ejusdem Comitis, ex parte altera: in presentia mei Johannis de Croseto, Illustrissimi Domini nostri Regis Franciæ Procuratoris in Judicatura Ripparia in — partibus Vasconiæ, ejusque notarii, et — testium infrascriptorum, personaliter — constituti, non coacti, nec decepti, dolo vel vi, nec fraude aliquâ circumventi, volentes, affectantes, ac etiam cupientes facere — partatgium seu associationem cum dicto — Domino Rege de Bastida nova facienda — cum magnæ nobilitatis, discretionis et — providentiæ viro Domino Guithardo de — Marciaco, milite, Domini nostri Regis Senescallo Tolosæ et Albiensi, Capitaneo et Rectore totius Ducatus Aquitaniæ et terræ Vasconiæ, pro — dicto Domino nostro Rege, absente, nomine dicti

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 143. Marciac. 1298.

Domini Regis, de terris et in terris et nemoribus
Grangiarum de Falgario et de Ardenaco,
et aliis terris dicti monasterii Casæ Dei, quæ
sunt infrà adjacentias inferius limitatas, —
videlicet dictus Procurator seu Sindicus dictorum
Domini abbatis et conventûs monasterii Casæ Dei pro-
dicto Domino abbate, monasterio et conventu,
et pro omnibus et singulis habitatoribus dicti
monasterii presentibus et futuris, et ——
Successoribus eorumdem, pro magna, ut asseruit,
utilitate dicti monasterii et conventûs, et ad
extirpandum speluncas Latronum, ——
murtrierorum et malefactorum de illis —
partibus, et propter hoc ut ipsi abbas et —
Conventus et habitatores dicti monasterii sub
umbra regia et prefati Domini Senescalli
quieté vivere valeant, et in pace Domino —
famulari, et ut status terræ in melius —
reformetur, et honor regius exaltetur: et —
dictus Dominus Senescallus Pardiaci pro-
utilitate evidente et augmentatione ——
redditumm et bonorum dicti Domini Comitis
et subditorum ejusdem, ad faciendum pa-
riatgium et associationem in terris et de terris
et nemoribus dicti monasterii pro dicta nova
Bastida facienda cum dicto Domino nostro —
Rege in modum qui sequitur concorditer pro-
cesserunt. Dictus Procurator et Sindicus domini
abbatis et conventûs Monasterii Casæ Dei, pro
se et nomine quo suprà, dedit et concessit de ter-
ris propriis et nemoribus dicti Monasterii, Gran-

 giarum

Marciac. 1298. N°. 143.

Grangiarum de Falgario et de Ardenaco, et de
aliis terris eisdem contiguis, quingenta arpenta
terræ ad mensuram seu perticam Bastidæ Gimon-
tis partienda Terrarum et Nemorum contiguorum
ad construendam ibi novam Bastidam Domini nos-
tri Regis, et Domini Comitis Pardiaci, et Domini abba-
tis et Conventûs Casæ Dei, pro indiviso, ad dandum et
concedendum ibi domos, localia et casalia et arpenta
terræ de iisdem; ita quod dicta quingenta arpenta
sint communia et pro indiviso quantum ad tertiam
partem dicti Domini nostri Regis, et aliam tertiam
partem dictorum abbatis et Conventûs Monasterii
Casæ Dei, et aliam tertiam partem dicti Domini Co-
mitis Pardiaci, et heredum et successorum suorum per-
petuò. Dedit etiam et concessit idem Procurator seu
Sindicus, nomine quo suprà, pro pariatgio ad usum
dictæ Bastidæ et habitatorum et vicinorum dictæ
novæ Bastidæ faciendæ, vicinis et juratis dictæ
novæ Bastidæ, qui pro tempore fuerint, omnes ter-
ras dictarum Grangiarum et dicti Monasterii, vide-
licet omnes et singulas terras, quas dictum monaste-
rium et Dominus abbas et Conventus dicti monas-
terii habent et habere debent in Pardiaco, prout
sunt et includuntur inter Caminum Romæum Sti.
Jacobi, quò itur de Montelugduno versùs Salvam-
terram de Ripperia à parte superiori, ex parte una;
et à parte inferiori ex parte altera inter fines et li-
mites Comitatûs Pardiaci, qui protenduntur usque ad
Comitatum Armaniaci et Ferensiaci; ex alia parte
usque ad fines dicti Comitatûs Pardiaci usque ad
terram Ripperiæ Nobilis Dominæ Guillelmæ de —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. Montecatheno, quam modò tenet egregius vir
1298. Dominus Comes Fuxi; et ex alia parte inter Terras
N°. 143. et honores Dominorum de Lauraceto, et Dominorum
Sancti Christofori et de Petrucia, retentis in solidum
quantum ad fundum et proprietatem dicto Monasterio,
molendinis, molendinorum locis, viridariis, pratis et
terris laborantiae propriae et domibus dicti monasterii
Casaedei, et padoentiis seu pascuis, et duobus Defensis
Nemoribus inferiùs declaratis sub modo et forma inferiùs
expressandis, videlicet dicto Monasterio Casaedei, cum
clauso suo, et Terris propriis laborantiae suae propriae, et
vineis et jardinis quos et quas modò tenent et possident
vel quasi, et duobus Defensis Nemoribus; videlicet, uno
Defenso, quod est propè dictum Monasterium citrà
fluvium Roscii in Loco vacato Bocacassanha et Cortiva,
prout dictum Nemus Defensum se tenet et confrontatur
cum Rivo de Beroy [1], ex una parte; et cum Rivo deu Lys,
ex altera; et cum laborancia de Cortiva dicti Monasterii,
et cum terra Bertrandi Porquerii, Feodatarii dicti Monasterii, ut ibi dictum fuit, ex parte altera; et cum Rivo de la
Pale [2], ex parte altera: et alio Defenso Nemore dicti monasterii, quod est ultrà Roscium in loco vocato Paradisus,
prout est et confrontatur inter Rivum vocatum Laster, ex
parte una; et inter fluvium Roscii, ex parte altera; et
terram Sti. Justini et Laborantiam seu prata de Naureto
dicti Monasterii, ex altera. Et retentis pratis, culturis et
laborantiis dicti monasterii propriis, viridariis, vineis,
hortis, et terris cultis et laborantiis propriis dicti monasterii
et conventûs, videlicet quae sunt de Rivo deu Lys inferiùs usque ad terminum Belli marchesii, et terris cultis et
laborantiis propriis Boriae de Gajano, pratis et terris cultis
Grangiae de Naureto ultrà Roscium dicti Monasterii; et retentis Ecclesiâ de Falgario et Grangiâ, et duobus arpentis circà Grangiam predictam pro cemeterio, et aliis necessariis
dictae Ecclesiae et Grangiae de Falgario; et retentis Ecclesiâ et
Grangiâ de Andenaco cum decem arpentis terrae ad dictam
perticam

1. Ruisseau de Beroy où est l'orme prez de la metairie des Monlaus, qui retient encore le nom de Beroy.
2. à present le Lahus.

perticam circà dictam Grangiam pro vineis et hortis Marciac.
et aliis necessariis ad utilitatem dicti monasterii faciendis; 1298.
et retentis Molendino de Falgario sito in flumine vocato N°. 143.
Boez cum medio arpento terrae circà dictum Molendinum pro padoento, et necessariis dicti Molendini, et Molendino d'Esplangue, et molendino, quod est infrà clausura
dicti monasterii, cum padoentiis et clausis dictorum molendinorum, et molendinariis, et locis molendini et molendinorum, quae sunt et erunt in posterum extrà pariatgium seu donationem dictorum quingentorum arpentorum,
cum padoentiis et necessariis suis ad faciendum ibi
molendina, si Conventui vel Sindico dicti monasterii pro
tempore visum fuerit expedire; videlicet, quantùm ad
usum, et fundum et proprietatem dicti monasterii et
conventûs in solidum; ita videlicet et sub tali Conditione
et pacto dedit et concessit dictus Sindicus, nomine quo suprà, ad favorem dictae Bastidae et usum, omnes terras
cultas et incultas et nemora infrà dictas limitationes
contenta, retentis superiùs expressatis, quod illi seu illae
quibus tradentur et concedentur dictae Terrae et nemora,
dent et tradant pro dictis Terris, de omnibus Terris incultis
et Nemoribus, quae et quas extirpabunt infrà dictos limites,
dicto Monasterio agrerium, videlicet nonam partem de
omnibus fructibus bladorum ibi exrescentium, et de terris
cultis septimam partem, vel in grano, vel in garba, ad
electionem dicti monasterii, seu ejus Sindici, vel mandatarii: et de terris, quae tradentur ad oblias seu censum
et ad bordas edificandas, et prata seu vineas facienda,
quod dent et solvant illi quibus tradentur seu concedentur decem denarios Tholosanos pro arpento et secundùm magis et minùs; et de quolibet solido venditionis
unum denarium, et de quolibet solido impignorationis
unum obolum, et quatuor denarios Tholosanos pro justitia

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. si feodatarii dictarum terrarum seu possessio-
1298. num prædictis terris seu feudis juste fuerint incul-
N°. 143. pati; et quod homines quibus tradentur seu conceden-
tur dictæ terræ non possint eas dare ad superfeudum, nec vendere, dare, legare seu alienare alicui Religioni seu personæ fortivæ, quare dictus Dominus abbas et conventus et monasterium Casædei possint indè perdere suas partes, vel aliquid sui juris; et sub pacto et conditionibus prædictis Dominus abbas et conventus dicti monasterii, seu eorum procurator vel sindicus teneantur dare dictas terras et possessiones burgensibus et juratis dictæ Bastidæ incartare, et cartas concedere de prædictis, prout in talibus consuetum est fieri in Pariatgio de Gimonte, vel prout sindicus dicti monasterii conveniet de predictis cum hominibus dictæ Bastidæ. Dictus verò Dominus Bernardus de Insula, miles, Senescallus Pardiaci pro dicto Domino Comite, et ut Senescallus Pardiaci, et ad hoc ut associatio dicti Domini nostri Regis, et dicti Domini Comitis, et Domini abbatis et conventûs et monasterii Casædei, utiliter valeat fieri et compleri de nova Bastida facienda, et de prædictis, et ex pacto, ut dictus sindicus monasterii Casædei ipsum Dominum Comitem in condominum et portionarium dictæ Bastidæ, quantùm ad tertiam partem reciperet in prædictis, et in tertiam partem incursuum terrarum dicti monasterii concessarum habitatoribus in posterum in dicta Bastida, cùm dictus Dominus Comes haberet in dictis quingentis arpentis, et in omnibus terris infrà dictas limitationes contentis, ut ibi dictum fuit per dictum Senescallum Pardiaci, merum et mixtum imperium, omnimodam jurisdictionem altam et bassam in solidum, vice et nomine dicti Domini nostri Comitis et heredum suorum, tanquam Senescallus Pardiaci pro dicto Domino Comite, posuit in associationem et pariatgium totum merum imperium et mixtum,

tum, et omnem jurisdictionem altam et bassam in dictis quingentis arpentis dictæ Bastidæ, et infrà dicta quingenta arpenta, et limitationes superiùs sepè dictas de propriis terris dicti Domini Comitis et monasterii Casædei sepè dictis et grangiis supradictis: et dedit de dicto mero et mixto imperio et jurisdictione alta et bassa, quod et quam dictus Dominus Comes habet infrà dictas limitationes, ut dictum est, tertiam partem pro indiviso dicto monasterio Casædei, et dicto procuratori seu sindico Casædei pro dictis Domino abbate et conventu et monasterio stipulanti et recipienti, et Domino nostro Regi, et michi notario infrascripto, pro dicto Domino nostro Rege stipulanti et recipienti aliam tertiam partem pro indiviso; divestiens se, nomine dicti Domini Comitis et suo, de dicto mero et mixto imperio et jurisdictione alta et bassa, et me notarium infrà scriptum nomine dicti Domini nostri Regis quantùm ad tertiam partem pro indiviso, et dictum sindicum, nomine dicti monasterii et conventûs, stipulantem et recipientem cum chirothecis albis investivit, aliam tertiam dicto Domino Comiti retinendo; et similiter dictus procurator seu sindicus dicti monasterii Casædei dedit et concessit per in perpetuum ex causis prædictis dictam tertiam partem dicti Pariatgii, et incursuum et terrarum dicti monasterii dicto Domino Comiti absenti, et ejus heredibus, et michi notario publico infrascripto publicæ personæ pro dicto Domino Comite, ut supra stipulanti et recipienti; et aliam tertiam partem dicto Domino nostro Regi absenti, et michi infrascripto notario, ut suprà stipulanti et recipienti pro ipso Domino Rege, oblias et census, et agreria, et venditiones et impignorationes, et justitiam quatuor denariorum, si feudatarii pro terris dicti monasterii justè fuerint inculpati, terrarum propriarum dicti mo-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. 1298. N°. 143.

nasterii, quae sunt extrà pariatgium speciale dictorum quingentorum ~~dispensorum~~ dicto Monasterio in solidum retinuit dictus Procurator seu Sindichus Casaedei; et dictus Senescallus Pardiaci Pedagium in solidum retinuit dicto Domino Comiti in dicta Bastida et in toto Comitatu Pardiaci, prout in dicto Comitatu hactenus habere consuevit, pro se et suis heredibus perpetuò sub modo, et forma et conditionibus quae sequuntur; ita videlicet, quod in dicto Pariatgio, seu in ejus pertinentiis, nunquam recipiatur aliqua persona Religiosa ad fundandum seu construendum ibi domum seu domos Religionis, nisi de ipsorum Domini abbatis et Conventûs Monasterii Casae Dei processerit voluntate. Item, quod pars predicta, quam dictus Dominus noster Rex habet in dicta Bastida, et ejus pertinentiis, remaneat semper incorporata proprietati et Dominio Domini nostri Regis juxtà formam dicti Pariatgii presentis; et quod Dominus noster Rex non possit dictam partem suam dictae Bastidae et pariatgium predictum à se alienare, vel mutare per donationem seu per escambium, vel alio ullo modo, aliquâ ratione, seu aliquâ causâ, vel aliàs, extrà manum suam ponere. Item, quod in dicta Bastida instituatur unus Judex, et unus Bajulus, et Notarius, et Servientes, et similiter omnes alii Officiales, qui ibi creabuntur, seu constituentur per dictos Dominum nostrum Regem, et Dominum Comitem Pardiaci, et Dominum abbatem Monasterii Casaedei, pro indiviso; et quod Bajulia dictae Bastidae transactis tribus primis annis novae Bastidae predictae arendetur in Thesaurario Tholosae Domini nostri Regis, sicut Bajuliae aliarum Bastidarum in Senescallia Tholosana Domini nostri Regis arendantur, et de pretio quod offeretur in Bajulia dictae

Bastidae transactis

Bastidae transactis tribus primis annis, Dominus noster Rex habeat tertiam partem, et dictus Dominus Comes aliam tertiam partem, et dictus Dominus abbas et Conventus Monasterii Casaedei aliam tertiam partem; et quod dictus Judex, et Bajulus, et Notarius, et Servientes, et Consules, et alii Officiales, qui ibi creabuntur et instituentur pro tempore, jurent et jurare teneantur, et prestare juramentum fidelitatis in principio suae creationis seu institutionis dicto Domino nostro Regi, et Domino Comiti, et abbati et Conventui Monasterii Casae Dei, vel eorum mandatario pro eis in dicta Bastida. Item, quod signum Domini nostri Regis, et signum Domini Comitis Pardiaci, et signum predicti Domini abbatis et Conventûs Monasterii Casaedei, in baculis Servientium dictae Bastidae apponantur. Item, quod preconisationes, quae fient in dicta Bastida, fiant ex parte Domini nostri Regis, et Domini Comitis Pardiaci, et Domini abbatis Casaedei, Dominorum dicti loci. Insuper Dominus Bernardus de Insula, Senescallus predictus, ut Senescallus dicti Domini Comitis Pardiaci, nomine dicti Domini Comitis, et suorum, ad favorem et augmentationem dicti Pariatgii et dictae Bastidae faciendae, dedit et concessit pro dicto Domino Comite, et suis heredibus, in pariatgio et pro pariatgio, omnes terras cultas et incultas, et jurisdictionem, et merum et mixtum imperium earumdem, quae sunt et protenduntur de Camino Romeuo Sti Jacobi citrà Roscium et ultrà Roscium usque ad terras Casaedei et pariatgii supradicti, videlicet tertiam partem pro indiviso dicto Domino nostro Regi, et aliam tertiam partem dicto Domino abbati et Conventui Monasterii Casaedei pro indiviso, et michi Notario, pro dicto Domino nostro Rege et Conventu Monasterii Casaedei, stipulanti et recipienti, aliam tertiam

Marciac. 1298. N°. 143.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. partem dictarum terrarum et dicti meri et mixti im-
1298. perii dicto Domino Comiti, et suis heredibus, retinendo,
N°. 143. prout superius est expressum. Fuit etiam actum et
conventum per dictas partes, quod dictus Dominus noster
Rex possit habere locum proprium seu aulam ad usum
suum et suorum officialium; et dictus Dominus Comes
alium locum ad aulam faciendam usque ad quatuor
plateas; retinuit que dictus Dominus Bernardus de
Insula, Senescallus predictus, adhuc ut castra et villae
infrascriptae non depopulentur propter dictam Bastidam,
quod nullus habitator de Montelugduno, de Tilhaco, de
villa comitali et de Bello marquesio, et de aliis locis pro-
priis dicti Domini Comitis, et de Jaux, non recipiantur de
primis sex annis dictae Bastidae in dicta Bastida, nisi de
ipsius Domini comitis processerit voluntate; retentis que
in solidum dicto Domino nostro Regi in predictis exercitu
et cavalgata, incursibus hereseum secundum consuetu-
dinem terrae et ressorti; quos incursus Dominus noster Rex,
vel Dominus Senescallus Tholosae, pro ipso, infra annum
et diem extra manum suam ponere tenatur in personas
habiles, quae reddant inde et reddere teneantur dicto Domino
Regi, Domino Comiti, et Domino abbati et Conventui Casae
Dei, videlicet Domino Abbati et Conventui prout erunt in
proprietate dicti Monasterii, et dicto Domino Comiti et dicto
Domino nostro Regi, prout erunt in dicto Pariagio, servitia
consueta et jura debita. Insuper dictus Senescallus Par-
diaci, ut Senescallus, promisit se facturum et curatu-
rum, quod dictus Dominus Comes faciet emendam de terris
suis seu dominiis ad opus dictae Bastidae ad voluntatem
seu cognitionem dicti Domini Senescalli Tholosani et Albien-
sis, quod dictus Dominus Comes Pardiaci approbabit et con-
firmabit, et rata et grata habebit omnia et singula supra
dicta cum predictis forma, et conditionibus, et pactis. Ego
Johannes de Crosoto, Domini nostri Regis Franciae Procurator,
ejusque Notarius infrascriptus, dictam associationem seu
pariagium

pariagium, et donationes, nomine dicti Domini Marciac.
nostri Regis, et dicti Domini Senescalli Tholosani, 1298.
recepi a partibus supradictis et stipulatis, salva et N°. 143.
reverentia Domini nostri Regis, et dicti Domini Senes-
calli Tholosani, seu ejus Locumtenentis, in omnibus
voluntate, et salvo jure Domini nostri Regis, et cu-
juslibet alieno. Tenor vero dicti sindicatus sigil-
lati sigillo Domini abbatis et Conventus monaste-
rii Casaedei, talis est. Noverint universi, quod
nos Stephanus, divina permissione abbas monas-
terii Casaedei, Ordinis Premonstratensis, Diocesis
Auxitanae; frater Guilhermus de Malobuggueto,
Prior dicti Monasterii; frater Ramundus-Guilher-
mi de Castronovo, Subprior; frater Guilhermus de
Lanafranca, Provisor; frater Bernardus de Piru,
Subprovisor; frater Guilhermus de Devezia, Procu-
rator et Cantor; frater Ramundus-Guilhermi de
Ceseraco, Camerarius et Capellanus dicti Domini Ab-
batis; frater Vitalis de Gardia, Sacrista; frater
Sancius de Sancto Blancato, Subsacrista; frater
Arnaldus de Causada; frater Arnaldus de Monte-
quivo; frater Arnaldus-Ramundi de Vives; fra-
ter Fortanerius de Tiesta; frater Vitalis de Gavar-
reto; frater Petrus de Cadirano; frater Bernardus
de Invidia, Canonici dicti monasterii; frater Ra-
mundus de Casareto, Grangerius Sarambati;
frater Vitalis de Gardia; frater Guilhermus de
Marambato, Grangerius hospitalis Vici Feren-
ciaci; frater Johannes de Cologno; frater
Petrus de Brocario; frater Johannes de Morlanis;
frater Guilhermus de S.to Justino, totus que con-
ventus ejusdem Monasterii, humiliter habito trac-
tatu et deliberatione diligenti super his, facimus,
constituimus et ordinamus dilectum nostrum fratrem

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. Sancium de monteşquivo, Canonicum dicti monas-
1298. terii, presentem, Procuratorem, Sindicum et actorem nos-
N°. 143. trum et dicti monasterii et pertinentiarum ejusdem,
specialiter et expressè ad tractandum, procurandum,
perficiendum pariatgium et associationem de Bastida —
nova facienda in Territoriis de Falgario et de Ardenaco,
et de omnibus terris quas nos dicti abbas et Conventus et
monasterium habemus in dictis Territoriis et in Pardiaco,
videlicet prout includuntur cum Camino S^ti^ Jacobi, ex parte
una; et Serra Ripparia, ex parte altera; et Comitatibus
Ferenciaci et Armaniaci, ex parte altera; et terris Domi-
norum de S^to^ Cristoforo, et de Laveraeto, et de Petrucia, ex
altera; inter ipsum nomine nostri et dicti monasterii —
ex parte una, et cum Domino nostro Rege, seu ejus Procu-
ratore seu Officialibus, et cum domino Comite Pardiaci, seu
cum nobili viro Domino Bernardo de Insula, Milite, Se-
nescallo Pardiaci, nomine dicti Domini Comitis, prout eidem
ad utilitatem dicti monasterii videbitur expediens, et gene-
raliter in omnibus causis et negotiis motis et movendis, tam
pro nobis et dicto monasterio, quam contrà nos, per quas-
cumque Personas cujuscumque gradûs et conditionis exis-
tant, coram quibuscumque Judicibus ordinariis vel extra-
ordinariis, et aliàs quocumque nomine censeantur; dantes
et concedentes eidem Procuratori monasterii, Sindico vel
actori, plenam et liberam potestatem agendi, deffendendi,
Terras dicti monasterii dandi et Concedendi ad feodum seu
in emphiteosim perpetuò concedendi per publica instrumen-
ta; et demùm omnia et singula generaliter et specialiter —
faciendi, negotiandi, procurandi, componendi, transigendi,
compromittendi, arbitrium, diffinitivas sententias audiendi,
emologandi, ratifficandi, approbandi, et, si necesse fuerit,
appellandi, suspectos Judices recusandi, quae nos abbas
et Conventus predicti faceremus seu facere possemus, si
personaliter interessemus: ratum, gratum et firmum per-
petuò habituri nobis et pro dicto monasterio quicquid per
dictum

dictum Procuratorem et Sindicum nostrum su-
per predictis actum, et procuratum, tractatum, con- Marciac.
cessum, confirmatum fuerit seu dictatum. Promit- 1298.
tentes pro nobis et dicto monasterio, et Successoribus — N°. 143.
nostris, tenore hujus presentis Procuratorii, omnibus
et singulis quorum interest, vel interesse poterit in
futurum, rem ratam habere et judicatum solvi —
cum suis clausulis universis, sub hipotequa et obli-
gatione omnium bonorum nostrorum et monasterii
predicti, sub renunciatione juris qualibet et cauthela,
ipsum Procuratorem nostrum ab omni onere satisdandi
nichilominus relevantes. Ceterùm, si aliqua deficiant
in presenti Procuratorio perquae in solidum vel in-
parte possit infirmari, irritari, vel etiam impugnari,
vel aliquatenùs annullari, ea volumus pro expressis
haberi, ac si in presenti Procuratorio continerentur
specialiter et expressè. Datum Casae Dei, die Veneris
antè festum beatae mariae Magdalenae, anno Do-
mini m^o^. cc^o^. xcviij^o^. Acta fuerunt haec in Capi-
tulo dicti monasterii Casae Dei, die Sabbati antè —
festum beatae mariae Magdalenae mensis Julii, an-
no Domini m^o^. cc^o^. xcviij^o^. regnante Philippo, Rege
Francorum; amanevo, auxis archiepiscopo exis-
tente; in presentia et testimonio magistri Montosini
Lupati, Canonici Vicensis; Magistri Dominici de —
Podio rivorum; Petri Carabasa deu liu, clerici;
Bernardi de Lanis, Odonis de Senctaralhe, Domi-
cellorum; Petri de aura, Servientis Domini nostri
Regis in dicta Judicatura; et mei Johannis de Cro-
seto, dicti Domini nostri Regis Procuratoris, publici
Senescalliae Tholosanae et albiensis, Ducatûs aqui-
taniae et Terrae Vasconiae, et Curiae sigilli dictae senes-
calliae et Vicariae Tholosanae dicti Domini nostri Re-
gis notarii, qui de predictis cartam ipsam alfabeto —
divisam scripsi, et signo meo consueto signavi, et ad

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. 1298. N°. 143. majorem roboris firmitatem dictum Sigillum dictae Senescalliae et Vicariae Tholosanae fuit appositum huic publico instrumento. ~~[illegible] Nos Hugo de Pardiaco, tenens locum dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis [illegible] sigillum [illegible] sigillo regio Senescalliae et vicariae Tholosanae [illegible] huic publico instrumento [illegible] sigillum dictae Senescalliae et Vicariae Tholosanae pro domino nostro Rege [illegible] Hugonis tenentis locum dicti Domini Senescalli Tholosani, apponimus huic [illegible] instrumento [illegible]~~. Quo quidem Instrumento perlecto, dictae Partes, videlicet Dominus Procurator seu Sindicus monasterii Casae Dei et dicti Domini abbatis et Conventus, et Provisor Casae Dei, pro se et nominibus quibus supra, ex parte una; et dictus Dominus Bernardus de Insula, miles, Senescallus Pardiaci, pro dicto Domino Comite Pardiaci, ex parte altera, supplicaverunt eidem Domino Hugoni de Pardiaco, tenenti locum dicti Domini Senescalli Tholosani, quod vellet et sibi placeret dictum Pariagium, nomine Regis et dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis, et suo, acceptare, quod, ut dixerunt, tendebat ad magnum dicti Domini Regis commodum et honorem. Tandem verò dictus Dominus Hugo, tenens locum dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis, deliberatione habitâ diligenti, attendens, ut dixit, super his regium commodum et Terrae, et quod per predictum Pariagium pax poterat in illis partibus reformari et conservari, dictum Pariagium tanquam tenens locum dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis, nomine dicti Domini nostri Regis, et pro ipso Domino nostro Rege, et dicto Senescallo, et seipso, recepit,

Marciaco

Marciac. 1298. N°. 143. cepit, et illud approbavit, et confirmavit, et gratum habuit ad requisitionem Partium predictarum; et dictum Pariagium cum dictis Partibus pro dicto Domino nostro Rege, et ejus nomine, et dicti Domini Senescalli, et suo, fecit cum Partibus supradictis; et dictae Partes, pro se, et nominibus quibus supra, cum eodem Domino Hugone, ut tenente locum dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis, nomine et vice dicti Domini nostri Regis, et dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis, recipiente, dictum Pariagium fecerunt cum pactis, et conditionibus, et renunciationibus in dicto instrumento contentis; et promiserunt dictae Partes, videlicet dictus Dominus abbas, et Provisor, et dictus Sindicus monasterii Casae Dei, pro se et dicto Conventu dicti monasterii Casae Dei presenti et futuro, et dictus Senescallus Pardiaci pro dicto Domino Comite, ut ejus Senescallus; et dictus Dominus Hugo, tenens locum dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis, nomine dicti Domini nostri Regis et pro ipso Domino nostro Rege, et dicto Domino Senescallo, predictum pariatgium, et omnia et singula supradicta, rata et grata habere perpetuò et tenere, et non contrà facere vel venire. Promisit etiam dictus Dominus Hugo, ut tenens locum dicti Domini Senescalli Tholosani et albiensis, se facturum et curaturum, quod dictus Dominus Senescallus Tholosanus, et dictus Dominus Rex, predictum pariatgium et predicta omnia et singula ex certa scientia confirmabunt. Acta fuerunt haec Tholosae, in Camera seu domo, quam dictus Dominus Hugo inhabitat, primâ die mensis augusti, anno quo supra Domini M°. CC°. XCVIII°. regnante Philippo, Francorum Rege, ~~Rege~~ Arnaldo Rogerii, Episcopo Tholosano; in presentia et testimonio Domini fratris Arnaldi-Guilhermi de Sorduno, permissione divinâ abbatis Capellae, Premonstratensis Ordinis, Diocesis Tholosanae;

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. 1298. N°. 143. fratris Ramundi de Sto Jorio, canonici et Sacristae dicti monasterii de Capella; magistri Stephani Troni, notarii Tholosae, qui moratur apud Mervillam; magistri Monrosini Lupati, canonici Vicensis; Bertrandi de Carissa, Bajuli Terrae de Miranda; et mei Johannis de Croseto, publici Senescalliae Tholosanae et albiensis, Ducatus Acquitanicae et Terrae Vasconicae, et Curiae sigilli dictae Senescalliae et Vicariae Tholosanae dicti Domini nostri Regis, notarii, qui de predictis ad requisitionem dictarum partium, et de voluntate et mandato dicti Domini Hugonis de Marsiaco, tenentis locum dicti Domini Senescalli Tholosani, cartam istam scripsi, et signo meo consueto signavi cum aliis alphabeto [redacted] divisam. Ad haec verò Nos Hugo de Marsiaco, tenens locum dicti Domini Senescalli Tholosae et albiensis, in testimonium premissorum, et ad majorem roboris firmitatem, sigillum nostrum unà cum sigillo Regio Senescalliae et Vicariae Tholosanae apponendum duximus huic publico instrumento. Et nos Arnaldus de Dumo, tenens sigillum dictae Senescalliae Tholosanae et Vicariae pro Domino nostro Rege, dictum sigillum unà cum sigillo dicti Domini Hugonis, tenentis locum dicti Domini Senescalli Tholosani, apposuimus huic cartae in testimonium premissorum. Nos autem associationem predictam ratam et gratam habentes, et eam, dictumque Pariagium acceptantes, nostrum in predictis omnibus assensum prestantes, premissa omnia et singula, prout superius sunt expressa, posita et narrata, laudamus, volumus, approbamus, ac tenore presentium confirmamus; salvo tamen in omnibus jure nostro, et jure quolibet alieno. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Datum in abbatia Longi Pontis, anno Domini M°. ccc°. mense octobri. Facta est collatio per me Petrum de Biturio, qui eam scripsi. Reddatur Senescalliae Tholosae.

[redacted]

Extrait

[redacted]

[redacted] Extrait de l'Histoire de Bertrand Du Guesclin, Connetable de France, par Paul Hay, Seigneur du Chastellet, in fol. Paris 1666. (130)

Bagneres. vers 1359. N°. 144.

Page. La qualité de chevalier s'acqueroit par les belles actions et par la valeur, mais quand les chevaliers outre le grand merite possedoient de grands biens, on les faisoit Bannerets, c'est à dire, chevaliers portans Bannieres, et lors ils portoient leurs armes en Bannieres, et ne les avoient plus en ecusson. Froissard voyage [illegible]

Henry de Castille ayant perdu la bataille de Nadres ou Navarret contre Dom Pedre, prit Bagnieres en Bigorre par escalade [redacted], la fortifia, et de là faisoit des courses sur les terres de la domination angloise. 1367.

Extrait du Livre rouge de l'Evesché d'Aire. Aire. N°. 145.

HÆ sunt Ecclesiae et Beneficia, quae sunt in Civitate et Diocesi Adurensi, tam ad collationem Episcopi pleno jure, quam ad presentationes quorumcumque. Et primo

In Archipresbiteratu Teursani.

CApitulum Adurense, ubi sunt decem Canonici, et quatuor Praebendarii.

Ecclesia Adurensis
- - - - - de Manso } de dono Episcopi.
- - - - - de Baissen.
- - - - - de las Berelhes patronatum habet abbas de Castera.
- - - - d'Arrenunh
- - - - de Sancto Orientio.
- - - - de Corneto. } de dono Episcopi.
- - - - Sancti Sabini
- - - - de Navei

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Aire. N°. 145. Ecclesia de Lodio.
- - - - de Montegalhardo.
- - - - de Dodo.
- - - - de Sarrasieto.
- - - - de Bahus.
- - - - de Lyris.
- - - - de Artiganova
- - - - de Culturis.
- - - - daubanhan
- - - - de Batz.
- - - - de Vielle.
- - - - de Sancto Orientio.
- - - - de Sancto Loborio. } de dono Episcopi.
- - - - de Castronovo. Patronum habet Hospitalarium.
- - - - de Bahus Sobiran, de Dono Episcopi
- - - - de Genua, de dono Episcopi, tamen Dominus de Castronovo impedit.
- - - - de Urgohostio, patronum habet dominum de Sto. Juliano.
- - - - de Arbocava.
- - - - de Nozelhes.
- - - - de Lacayunta.
- - - - de Payros.
- - - - de Bordos.
- - - - de Sta. Getta de Sup.
- - - - de Mauries.
- - - - de Miramonte.
- - - - de Sorbets.
- - - - de Luc Sereno.
- - - - de Sensaco.
- - - - de Lameco.
- - - - de Lerm.
- - - - de Pimbo.
- - - - de Clero.
- - - - de Poyolio.
- - - - de Brus.
- - - - de Casaubeti } de dono Episcopi.

Ecclesia

Ecclesia de Pedeanda de dono Episcopi, sed Dominus de Castronovo impedit. Aire. N°. 145.
- - - - de Morgas.
- - - - de Payros
- - - - de Gavasviella.
- - - - de Tarigos
- - - - d'Ecclesias } de dono Episcopi.

Sequuntur Monasteria, Ecclesiæ Collegiatæ, Prioratus, Domus, Hospitalia, quæ sunt in dicto Archipresbiteratu de Teursano.

Abbatia Sti. Joannis de Castera.
Monasterium beatæ Quiteriæ.
Abbatia Penduli, ubi non est certus numerus canonicorum.
Abbatia Sti. Loborii, ubi non est certus numerus canonicorum.
Prioratus de Montegalhardo.
Domus dordens Hospitalis Sti. Joannis.
Domus de Golonio abbatiæ Sti. Antonii Viennæ.
Domus Dales.
Hospitalis de Manso
- - - - deu Boos } de dono Episcopi.
Grangia deu Caboos.
Hospitalis de Adurra.
Grangia de Gahuses.

Archipresbiteratus Silocensis.

Ecclesia de Sto. Severo patronum habet abbatem Sancti Severi.
- - - - de Sta. Eulalia patronum habet abbatem et Conventum Sti. Severi.
- - - - Sti. Bartholomæi danglastes.
- - - - Sti. Joannis de Priano.
- - - - de Lagustet de dono Episcopi.
- - - - de Caunario.
- - - - de Mota
- - - - dartigue buda } de dono Episcopi.
- - - - Dones.
- - - - d'aurisse.
- - - - de Brocariis de dono Episcopi.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Aire N°. 145

Ecclesia de Souprosse pattronum habet abbatem Sti Severi.
---- de Tolosa }
---- de Sentasaitte } de dono Episcopi.
---- d'arset }
---- de Nerbis Castet pattronum habet abbatem Sti Severi.
---- de Fausieto de dono Episcopi.
---- de Sto albino.
---- de Larbey }
---- de Mayes }
---- de Doüazeto }
---- d'Audinhono } de dono Episcopi.
---- de Banos }
---- d'Eyres }
---- de Dumo }
---- de Sta Columba pattronum habet abbatem et Capitulum Sti Geruntii.
---- de Forte arrivo.
---- de Muris de dono Episcopi.
---- de Sto Geruntio pattronum habet abbatem et Capitulum Sti Geruntii.
---- de Serreillos de dono Episcopi.
---- de Sto Cirico.
---- de Brachiopodio pattronum habet Dominum ejusdem loci.
---- de Casaliis de dono Episcopi.
---- de claro pattronum habet abbatem et Capitulum Sti Geruntii.
---- de Casalon }
---- de Ponte Reginae } de dono Episcopi.
---- de Montbet }
---- de Capra pattronum habet abbatem Sti Severi.
---- de Mant pattronum habet abbatem de Ponte alto.
---- de Serragaston }
---- de monte securo }
---- de Stagno } de dono Episcopi.
---- de Sarrinano }

Sequuntur Abbatiae, Prioratus, Domus, quae sunt in Archipresbiteratu Silocensi.

Abbatia Sti Severi.
---- de Ponte alto.

Abbatia

Aire N°. 145

Abbatia Sti Geruntii, ubi non est certus numerus Canonicorum.
Prioratus de Nerbis Castet, monasterium Sti Severi.
Domus Sti Spiritus de Sancto Severo.
Hospitalis de Forte arrivo Hospitaliariorum Sti Joannis.
Hospitale de Capite Pontis Sti Severi, monasterium Sti Severi.

Archipresbiteratus de Rupe forti.

Ecclesia Sti Petri de Juliaco pattronum habet abbatem Sti Joannis de Castera.
---- de Sto Juliano pattronum habet eundem abbatem.
---- de Gelu cum Ecclesia de pulcro videre }
---- de Malovicino }
---- de Arrothe } de dono Episcopi.
---- d'argelose }
---- de Sauboeriis }
---- de Sto Justino pattronum habet Hospitalarium.
---- de Montealto }
---- de Lussavilla }
---- de Villa superna }
---- d'Estigarda }
---- de Lugasauto } de dono Episcopi.
---- de Bergonassa }
---- de Burrista }
---- de Vielota }
---- de Lugauto }
---- d'arreyos pattronum habet Preceptorem Bastalli.
---- Leucobacco pattronum habet idem Preceptor.
---- de Aureora et de Guines }
---- de Caixen } de dono Episcopi.
---- de Beliis }
---- de Malheriis pattronum habet abbatem Sti Joannis de Castera.
---- de Carido.
---- de Canenx }
---- de Bargas } de dono Episcopi.
---- de Geines }
---- de Lugbardes }
---- de Baupsem pattronum habet abbatem Sti Severi.
---- de Corpluc de dono Episcopi.

Cc iiij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Aire N°. 145

Ecclesia de Sans. — — } de dono Episcopi.
— — Sti martini de Noeto }
— — de Sarbezano — }
— — de Rupeforti pattonum habet abbatem Sti Severi.
— — de Sengor. — } de dono Episcopi.
— — de Lubayhan }

Item sciendum, quod in dicto archipresbiteratu sunt Domus, Prioratus et hospitalia, quae sequuntur.

Grangia Sti Petri de Juliaco Sti Joannis de Castera.
Domus de Corbino Hospitalariorum.
Hospitale de Bessali. Preceptor confirmatur per Episcopum.
Prioratus de Rupeforti de Sancto Severo.
Grangia Sti Remigii Sti Joannis de Castera.

Archipresbiteratus Maliteonis.

Ecclesia de Laqui pattonum habet abbatem Sti Joannis de Castera.
